

Sacramentorum, & hujusmodi laudabiliter episcopus pro negotio fidei, vel pacis in aliena moratur ecclesia: & propterea licite episcopi sunt legati ad pacem inter Reges Christianos componendam. Si enim cuiusquam, inquit, Ambrosius officium est. Sed de hoc infra. 28. Quod autem legati eant promiscue ad temporalia negotia (ut Cajetanus subjicit) abusionis est, quia non militans Deus implicat se negotiis secularibus. 2. ad 1. mot. 2. c. 1. in p. de Cler. vel. Donach.

83 Tertio casu, quando scilicet negotium ecclesie particularis se habet ad ecclesiam Romanam, vel universariam, sicut pars ad totum, seu membrum ad caput, certum est si necessitas postulet, licite posse episcopum a sua ecclesia abesse, arg. d. c. Bonas. primo de postul. Pralat. & cap. Cuius dilectum. infra eod. & est expressum in decreto Concilii Tridentini, c. 1. sess. 23. ubi evidens ecclesia, vel Republica utilitas: nam bonum partis oritur ad bonum totius, ut ad finem; & debet pars exponi pro bono totius, ut cum manus praecutitur pro salute totius corporis, cap. Rescindenda. 29. quae. 3. S. Thomas in 2. 2. quae. 6. art. 1. Sylvest. in ver. Ilum. c. 3. num. 4. Quo tamen loco libet referre ad

84 notabilia verba, & declarationem Cardinalis Cajetani in d. art. 1. ver. Cum vero negotium ait enim; (Hic tamen hic opus distinctione, an negotium hujusmodi universalis ecclesiae sit necessitati exigens Episcopum, vel non: nam si negotium necessarii exigit Episcopum, ut ire ad Concilium generale, vel ad Synodum Provincialem, quae etiam se habet ad ecclesiam episcopalem, ut totum ad partem; constat quod ratioabilis est absentia: Sed si negotium universalis ecclesiae non necessarii exigit Episcopum, puta quia persona episcopi habet omnium; quo oportet ipsum universalis ecclesiae servitio perpetuo personaliter Romae deservire, verbi gratia, est Secretarius Sedis Apostolicae, vel Auditor Rotae, aut hujusmodi: non ex hoc excusatur a residentia quoad Deum. Erratio diversitatis est, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius, Primum absolute; & sic secundum naturalem statum ordinantur ad bonum totius, sicut manus, pedes, & reliqua membra hominis absolute quidem ordinantur secundum suos naturales status ad bonum hominis, cujus sunt partes. In casu autem, quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales suos actus ordinantur ad bonum totius. Secluso autem casu necessitatis, seu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, sed nititur singulas personas salvare in suis naturalibus statutis. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto, & partibus ecclesiae Politicae secundum rectam rationem, ita quod quilibet particularis ecclesia ordinatur ad universalis Ecclesiae bonum, & servitium, absolute quidem, salva cuiusque Ecclesiae perfectione. In causa autem necessitatis ordinatur ad bonum universalis ecclesiae etiam cum sui detrimento. Et quia servitio quaedam, ut ire ad Synodum, sunt manifeste in articulo necessitatis ecclesiae universalis, vel provincialis, Servitia autem, quae Romae in hujusmodi officiis exhibentur, nulla necessitate communiter exigunt, ut Episcopi incumbant talibus officiis, sed sunt tales in Ecclesia Dei, velut monstra in natura: ideo

non excusantur a residentia. Et si insister, quod residentes in Ecclesia communi, qualis est Romana, censentur ubique residere: Respondetur quod si hoc est verum sicut positivum iuris, quod iuris relinquo, non tamen est verum quoad Deum. Hae Cajetanus; quem multum extollit Sotus, d. art. 4. ver. Si autem necessitas universalis Ecclesiae, qui tamen addit, si Papae expedierit propter egregiam doctrinam, aut singularem auctoritatem personae accedere aliquem Episcopum ad Curiam, cujus consilium capiat in commune bonum, licebit quidem ad tempus eum a suo Episcopatu evocare. Quod ex eo confirmari potest, quia Leo Papa secum habuit Proserpium Episcopum Lugensem; & Greg. lib. 12. epist. 15. invitavit Juvinum Episcopum Casanensem, ut Romam veniret, quo ipsum in sacro eloquio collegam haberet.

85 Condicio autem personae excusans Episcopum a personali residentia secundum Cajetanum est unica, videlicet cum persona talis est, ut melius, aut saltem aequè bene per eam absentem regatur Ecclesia, quam regeretur per aliam praesentem. Quod & S. Thomas docuit d. Quodlib. 9. art. 15. Et hac ratione sunt sex Episcopi prope Urbem habentes Romae residentiam, quia sunt Episcopi Cardinales, ut in Constitutione S. D. N. de qua infra in c. proximo. Similiter ob eandem rationem possent unus plures Ecclesiae habere, deficientibus aliis idoneis, c. illud. 2. 1. q. 1. glos. in c. Dudum, il. 2. in ver. Instulatum, ad fin. supra de elect. Unde in Polonia ob Sacerdotum penuriam non raro dispensatur super pluralitate Parochialium ecclesiarum; & in Germania super pluralitate Cathedralium, ut dixi in d. cap. Dudum.

86 Porro quia his casibus per accidens est Episcopus excusatur a residentia, videlicet ob defectum idonei Pastoris, non mirum si etiam per accidens oportet supplere vices proprii Pastoris per Episcopum titularem, vel Vicarium. Sed his casibus cessantibus, & per te loquendo, residentia praecipue iure divino obligat semper, & ad semper. Et hac est aperte doctrina D. Thomae, 2. 2. d. q. 18. art. 5. ubi nec persecutionis tempore concedit licitam esse absentiam Pastoris, nisi in casu, (quia, inquit) subditorum salus exigit personae Pastoris praesentiam, non debet Pastor personaliter suum gregem deserere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod personale periculum imminens, cum bonus Pastor animam suam ponere teneatur pro ovibus suis.) Et sic deducit ex praecipuo Evangelico obligationem residentendi in ecclesia, etiam usque ad sanguinis effusionem, quem locum D. Thomas explicat Sor. de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 4.

87 Eadem sententiae adherent unanimiter Canonizati dum in persecutione extrinseca quam patitur Ecclesia a tyranno, & manifestis inimicis quotiescumque, sine Praelato non est tuta salus Ecclesiae, vel cum non solus Praelatus quaeritur, sed etiam Clerus, concludunt Praelatum non posse Ecclesiam deserere, sed potius debere animam suam ponere pro ovibus suis, exemplo B. Thomae Cantuariensis, qui pro hac causa martyrium subivit. c. Sicut dignum, de homicid. Ita gloss. in c. Adversus, in ver. Hoc etiam, 7. q. 1. quam sequitur Innocentius, in c. Nisi eam pridem, in ver. Malitiam, sub n. 4. Holl. Card.

Card. Ant. de Butr. Anch. & alii communiter supra de veniunt. & probatur in c. Suggestum, in c. Serfietas, & in d. c. Adversus, & in s. Hoc tunc servandum, 7. q. 1. Ergo si etiam persecutione ingruente tenetur Pastor potius mortem subire, quam gregem deserere; & quantum magis persecutione cessante illicita erit, & perniciosa absentia Pastoris sine rationabili causa?

88 Porro cum de causis excusantibus a personali residentia Pastores a superioribus diffusi actum fuerit, hoc loco admonendi sunt causas eijusmodi non sufficere, nisi etiam adit licentia superioris, textus est in c. Relatum in sine, & ibi notat gloss. in ver. Praelatorum, & communiter DD. supra eod. c. Non oportet, de consec. dist. 5. c. Magnae, de voto, gloss. in c. fin. in ver. Absentare, de privi. lib. 6. & Gregor. epist. lib. 3. cap. 36. neminem Potestatem a Parochia sua, vel parumper absque inevitabili processu necessitate discedere permittebat, Et ex Concilio Tridentino, in cap. 1. sess. 23. legitime absentiae causa a Beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitanano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residentem in scriptis sunt approbanda. Sed in his omnibus hodie servari debet novissima Constitutio S. D. N. Urbani VIII. de qua plene dixi infra in c. proximo.

De Clericis non residentibus.

Cap. Qualiter.

S Y M M A R I U M.

- 1 Archiepiscopus, qui propria temeritate ab Ecclesia recessit, & communis non rediit, potest spoliari Archiepiscopatu.
- 2 Capitulum quantum non possit citare Episcopum, potest tamen eum nonere ut rediat ad residentiam.
- 3 Monitorio procedit etiam de inferiori ad superiorem, & de pari ad parum.
- 4 Episcopus qui communis non rediit ad residentiam, videtur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 5 Praelatus quibus casibus censetur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 6 Episcopus qui Ecclesiam habet pro derelicta, potest ea spoliari per Papam sine citatione, & sententia.
- 7 Citatio, & sententia in notoria non requiruntur.
- 8 Capitulum quantumcumque moneat Praelatum ad residentiam, non tamen potest procedere ad electionem alterius sine auctoritate Papae.
- 9 Episcopi non residentes ex Decretis Concilii Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis quae penas incurrant, & n. 1. & seq. Et quibus ex causis abesse possint, ibid.
- 10 Concilium Tridentinum in quibus innovet Antiquos Canones contra Pastores non residentes.
- 11 Bulla Sanctissimi D. N. super residentia Episcoporum revisitur.
- 12 Metropolitanus, vel eo absente suffraganeus antiquior residents an habeat potestatem causas absentia Episcoporum.
- 13 Cardinalis a Torreerenata, inveciva in Episcopos non residentes.
- 14 Episcopus ab Imperatore, seu Rege evocatus an excusetur a residentia.
- 15 Et quid si a Principe habeat regalia, & n. seqq.

- 16 Intellectus. Si episcopus, 18. dist. & 1. Si vobis fratres, 23. quae. ultimum.
- 17 Episcopus habens sedem a Principe, si vocatur a Papa etiam post regiam praecipuam, relicto omnibus etiam regalibus sequatur Papam, & n. seqq.
- 18 Episcopus vocatus a Metropolitanano ad Concilium, vel ad causam, item vocatus a Rege, cui potius parere teneatur?
- 19 Episcopi non habentes regalia a Principe, illius praecipui non sunt obnoxii.
- 20 Sacrodotale dignitas excedit omnem dignitatem saecularem.
- 21 Episcopi ratione muneris, aut reipublica officii Episcopatus adjuvati quomodo excusentur a residentia.
- 22 Cardinales ex eo quod in Episcopatu prope Urbem, vel in Urbe in suis vicibus residentibus non excusantur a residentia in Cathedralibus quibus praesidi sunt.
- 23 Auditor Camerae procedit contra Episcopos non residentes usque ad sententiam diffinitivam excois.
- 24 Episcopi ultra, vel extra montes quamvis ex causa visitationis limitum abesse possint.
- 25 Episcopus an hodie singulis annis abesse possit tribus mensibus a Concilio Tridentino permisso.
- 26 Cardinalibus Episcopis quomodo, & quamvis a suis Cathedralibus abesse liceat ex causa vacationis Sedis Apostolicae.
- 27 Episcopi temporibus Adventus, Quadragesima, &c. an in Cathedrali Ecclesia residere teneantur, an vero satis sit ut in diocesi resident, & n. seqq. in fin.
- 28 Episcopus absens a Cathedrali, si in diocesi resideat an incidat in penas Tridentini Concilii.
- 29 Lex ubi plura copulative requirunt, non habet locum, nisi omnia simul concurrant.
- 30 Dicitur, si, adjecta verba sunt temporis conditionem importat.
- 31 Gerendum importat conditionem.
- 32 Alternativa natura est, ut alterarum sufficiat.
- 33 Parochus esse teneatur in additu Parochialibus residere, tamen si resideat extra, dummodo in Parochia non incidit in penas non residentium.
- 34 Episcopi ante Tridentinum Concilium tenebantur omnino tempore in Cathedrali residere.
- 35 Alternativa, vel, an sit diuina, vel electionum.
- 36 Distributiones Canoniarum absentium primo applicanda sunt fabricae Ecclesiae si indigeat, sin minus alteri pro loco arbitrio Ordinarii.
- 37 Verbum debet, regulariter non cessatatem importat.
- 38 Verba hortatoria iuncta verbis obligationem importantibus, non excludunt obligationem.
- 39 Episcopi an uti possint absentia trium mensium a Concilio permisso temporibus Adventus, Quadragesima, & c. & n. 44.
- 40 Episcopus an possit jungere trimestrem absentiam unius anni cum trimestri anni sequenti, & n. 44. & seq.
- 41 Episcopus in casibus, in quibus ex rationabili causa abesse potest, an primo uti debeat tribus mensibus a Concilio permisso, & non nisi ipse consumpsit, licentiam petere non residentium, & n. 46.
- 42 Episcopus visitans Limina in fine unius triennii, an possit in principio triennii sequenti iterum visitare, & ab Ecclesia abesse per oitio continens menses ex Bulla Urbani VIII. & n. 47.
- 43 Episcopus an possit concedi ut per tres menses abesse queat

queat ex sola causa, quod per multos annos con-
tinuas residerit, & n. 48.
45 Statim dicitur, quid importet.

1 **QUALITER.** Summatum est supra in c. prox. Communis divisio Primò, ex celsitudine. Secundo mandatum, ibi, *Discretion.*
Not. primò, Archiepiscopum, qui recessit ab ecclesia temeritate propria, id est sine licentia Romani Pontificis, ut exponit Egidius Bononiensis. Jo. Andr. & Card. omnes in ver. *Temeritate*, si communiter non debeat, posse spoliari Archiepiscopatu.
2 Secundo nota, ex illis verbis, *per vestras citam litteras revocatus*, quod Capitulum quamvis non possit citare proprium Prælatum, vel in eum animadvertere, quia inferior in superiore, & c. c. *Inferior*, 2. i. *dist. c. Cum inferior de major. & obed. potest tamen eum requirere, vel monere ut redeat ad residentiam, ut nocent hic Innoc. Abb. Antiq. & Host. omnes in verb. *Revocatus*, Collectar. n. 3. Ant. de Butr. n. 2. Petr. de Anchar. in 1. notab. & c.
3 Abb. n. 1. idemque dicunt DD. in c. *Ex tua*, infra eod. Monitio enim procedit etiam de inferiori ad superiorem, c. 1. *supra de supplic. neglig. Prelat.* Et de pari in parem, ut per gloss. 1. in cap. *Cum causa*, vers. *item qualiter possunt duo supra de off. deleg.* Et ex hujusmodi monitione Episcopus videtur constitui in contumacia non residentis, ut per Butr. eod. n. 2. & habere Ecclesiam pro derelicta, ut propterea merito illa spoliari possit: nam secundum gloss. 1. hic, & Abb. n. 1. ut habeat quis Ecclesiam pro derelicta, tribus modis potest contingere. Primò, si Beneficiatus fiat miles, vel jocularior, Secundo, si matrimonium contrahat. Tertiò, si monitus non redeat, ut hic. Siquidem, ut inquit Host. in ver. *eligatus*, in fin. præsumitur evidenter præsumptione juris, & de jure quod Ecclesiam habeat pro derelicta, Papa qui super omnes est approbante hoc, Et sequitur Jo. Andr. in fin. Et in his casibus nec solemnis citatio, nec solemnis sententia requiritur, ut hic patet. Nam Papa dedit licentiam Canonice Ragulini eligendialium in Archiepiscopum absque eo quod præcellerit formalis citatio vel sententia privationis, ut bene observat Abb. hic in 3. not. & tenet gloss. in c. *fin. in ver. Redierunt*, infra eod. Et licet non obstat, c. 1. *infra de concess. Prob.* quia non intelligitur fieri electio in ista Ecclesia, sed vacante, ut dicit hic Host. in fin. Et secundum Abb. n. 6. spoliatio hoc casu potest fundari super duplici causa. Prima, quia, ut dictum est, Ecclesia habetur pro derelicta à Prælato absente, ut dicunt gloss. præalleg. Intellige post monitionem, aliàs secus, etiam si per decennium absuisset, ut per Butr. supra in c. prox. in 1. not. Secunda, ratione notorii, quia cum crimen non residentia notorium sit, potest superior illum spoliare absque alia citatione, vel sententia privationis, quæ in notoriis non exigitur, & secundum eum ad hoc facit, c. *Ex tua*, infra eod. Quod optimè probat hæc Decretalis, legendo, *per vestras litteras*, ut habet communis littera. Sed aliàs legitur, *per nostras*. Et secundum hanc lecturam videtur necessitate litteræ Papæ, ut per Host. & Joan. Andr. in princ. in ver. *Vestras*, & Petr. de Anchar. in princ. Et formalis citatio, ut per gloss. in c. *Ex parte*, in ver. *Per decem annorum*, supra eod. Primam tamen opinionem tueri Abb. supra in c. prox. n. 4.*

in 3. notab. ubi etiam allegat Oldrad. *conf. 30.* & Gaspar de Calder. ibi dicentem, aliàs sic fuisse in Curia determinatum. Addit hic Innoc. in ver. *eligatus*, quod quantumcumque subditi moneant Prælatum de redeundo, non tamen possunt procedere ad eligendum sibi superiore sine auctoritate illius, in cuius manibus potest renunciare, vel qui jurisdictionem habet super eum. Quod dictum sequuntur Abb. Antiq. Joan. Andr. Collectar. Butr. Anchar. Abbas, & ceteri omnes.
9 Hodie verò contra Prælatos non residentes servanda est forma à Concilio Tridentino præscripta sub Paulo III. in cap. 1. *sess. 6.* Nam qui iustus & rationabilibus causis cessantibus ab Ecclesia sex mensibus continuis extra suam diocesim morando abfuerit, quærat partis fructuum minus anni fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum (id est Metropolitanum respectu Episcoporum Comprovincialium ex sententia S. Congregationis) applicandum, poenam ipso jure incurrit. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittit. Crescente verò contumacia, Metropolitanus suffraganeus Episcopus absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens sub pena interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrendam infra tres menses per litteras, seu nuncium Romano Pontifici denunciare tenetur, qui in ipsos absentes, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, animadvertere, & ecclesiis ipsius de Pastonibus utilioribus providere poterit. Præterea ex decreto, cap. 1. *sess. 23.* sub Pio IV. in §. *Si quis Episcopus* abiens præter mortalis peccati reatum, quem incurrit, pro rata temporis absentia fructus suos non facit, nec tuta conscientia, etiam alia declaratione non sequuta, illos sibi retinere potest, sed tenetur ut ipso cessante per superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare, & paulò superius in §. *Ne verò*, exprimitur quatuor causæ, propter quas Pastonibus abesse licet, nempe Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas.
Sed objicies, In d. c. 1. *sess. 6.* innovantur antiqui Canones adversus Pastores non residentes, qui habentur 88. *dist. per tot.* & passim 21. q. 3. in Concilio Eliberino, cap. 19. c. *Pervenit*, c. *Si qui verò*, c. *Si quis Presbyter*, c. *Placuit*, c. *Si quis in Clero*, 7. *quæst. 1.* cap. 2. 21. q. 2. Cur ergo alia illis poena à Concilio præscribitur? An uti possumus poena Concilii, vel Canonum contra non residentes? Quod si poena à Concilio imposta utendum est, quorum Antiqui Canones innovantur? An respondetur innovari Canones quoad culpam, videlicet ut Episcopi residere teneantur, & quoad poenam privationis tituli, de qua à Concilio nihil statuitur, ut declarat paulò post in d. §. *Crescente verò contumacia*; & sic etiam quoad modum privationis. Quamobrem quod spectat ad privationem tituli, & privationis modum, servandum erit quod statuitur in hæc Decretali, & in aliis Canonibus, & præsertim in c. *Ex tua*, infra eod.
11 Novissimè super residentia Episcoporum promulgata est Constitutio S. D. N. Urbani VIII. quæ incipit, *Sancta Synodus*, sub die 12. Decemb. 1634. in qua Sanctissimus sua primò innovat decreta Con-

cilii Trident. Constitutiones Apostolicas, & Decreta Consistorialia super residentia Episcoporum, multæ enim Constitutiones super hoc antea prodierunt, ut Pii IV. & Pii V. Item multa Decreta Consistorialia, Et in specie Gregorius XIII. declaravit Decreta Concilii, & penas ejusdem habere locum etiam in S. R. E. Cardinalibus, Et Clemens VIII. suo Decreto Consistoriali addidit poenam inhabilitatis Episcoporum non residentium ad majores dignitates, & Ecclesias obtinendas.
Secundo, Sanctitas sua jubet jam præfectos Cathedralibus, & majoribus Ecclesiis etiam S. R. E. Cardinales se itinere committere, & ad residentiam conferre infra unum mensem, si in urbe essent; infra duos, si extra urbem in Italia; si extra Italiam infra quatuor computandos à die publicationis Bullæ. Nondum autem præfectos infra terminos superius expressis computandos à die eorum promotionis. Indeque nec supradictos, nec alios jam residentes abscedere absque licentia per Breve, vel litteras missivas sub pena interdicti ab ingressu Ecclesiæ, amissionis fructuum & facultatum testandi ipso jure incurrendæ; nec non privationis à regimine, & administratione Ecclesiarum, aliisque penis arbitrio Sanctitatis suæ insigendis, Concilium Trident. in d. cap. 1. vers. *Nam cum Christiana charitas*, *sess. 23.* decernit legitimas absentia causas à Romano Pontifice, aut à Metropolitanò, vel eo absente suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debet, in scriptis esse approbandas. Bulla verò Sanctissimi prohibet ne Episcopi jam residentes abscedant absque licentia per Breve, vel litteras missivas. Ergo hac in parte videtur adempta facultas probandi causas absentia, quæ ex Concilio competebar Metropolitanò vel suffraganeo antiquiori. Et quidem optimo consilio. Nam Episcopi prætextu causarum; de quibus in §. *seq.* non fuisset difficile à Metropolitanò, vel suffraganeo abscedendi licentiam extorquere, sed lex esset ludibrio posita. Hæc jam pridem fieri optaverat Turrecrem. in c. *Si verò*, 23. *quæst.* dicens: (Turpe esse, ut Episcopi se inserant ad servitium Imperatoris, vel alterius Principis secularis, & deserant causam subditorum, & officia devotionis. Hoc non facerent, si mortem spirituales timerent, & intelligerent se reddituros rationem de ovibus suis Deo Summo Judici. Utinam etiam de Curia Romana hoc in parte observaretur, in qua plures Episcopi conveniunt non devotionis gratia, sed ambitionis spiritui propulsi, ut altiora quærant, aut beneficia addant beneficiis, aut honores honoribus, utque officia, & legationes quærant, quæ curæ animarum sibi committarum afferunt plurimum impedimenti. Utinam Summi Pontifices considerent, quanta negligentia circa animas committitur ex absentia Prælatorum ab Ecclesiis suis.) Hactenus Turrecremata.
Quoad penas Pii IV. in Bulla, quæ incipit, *In suprema*, edita post Concilii publicationem similiter præcipit Episcopis, ut in suis Ecclesiis personaliter resideant sub pena privationis à regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, & aliis suo arbitrio imponendis penis, & bona decedentium extra residentiam decernit tanquam spolia ad Cameram Apostolicam pertinere, etiam si facultatem specialem de illis testandi obti-

merint. Et poenam interdicti ab ingressu Ecclesiæ imponit in alia ejus Constitutione edita ante publicationem Concilii, quæ incipit, *De salute grægu.*
14 Tertiò, Sanctissimus declarat contrafacientes non excusari à penis prætextu servitii Imperatoris, aliorumque Principum, aut Regnorum, defensionis litium, etiam Ecclesiarum, in eundem fœderis, aut alterius negotii etiam gravissimi, & specialiter nota digni, distantia locorum, brevitas temporis expectandi licentiam ab Urbe, vel alterius causæ etiam publicæ, ac piz, & utilitatis, vel necessitatis Ecclesiarum, vel personarum. Ex his verbis Constitutionis satis liquet non habere locum, quod dicit hic gloss. 1. & Host. in princ. in ver. *Vltra quadriennium*, videlicet Episcopum non debere ultra annum abesse, nisi jussu imperiali eum detineat, Præsertim verò, quia nec de jure communi Episcopi ab Imperatore vocati ad comitatum, id est ad Curiam Imperialem ire debent, c. *Quo ausu*, c. *Si quis Episcopus*, & c. *Reprehensio*, 23. q. 8. c. *Omne*, 25. q. 1. c. *Quicumque militum*, 12. q. 2. & c. *Cum parati*, infra de appellat. etiam pacis procurandæ gratia, vel Regi consilium præbendi, ut omni orandis, nisi ab ipso habeant regalia, id est bona feudalia, c. *Si in morte*, §. *Ecce*, 23. q. 8. & ita intelligi debet textus in c. *Si nobis fratres*, ead. cau. & quæst. ibi: *Nisi forte iniqui à Religiosis Imperatoribus vel invitati, vel vocati fuerint*. Et in c. *Si Episcopus*, 18. *dist.* ibi, *excepta præceptione regia*. Et in Auchen. *Quomodo oportet Episcopos*, §. *Illud alius est*, §. *Et etiam diffinimus*, col. 1. ibi: *Nisi hoc per imperialem fiat justificationem*. Hæc enim jura vindicant sibi locum tantummodo in Episcopis habentibus Regalia, prout constat ex d. §. *Ecce*; & intelligunt Host. & alii in d. c. *Cum parati*, de appellat. Archid. in c. d. *Si nobis fratres*, in princ. dicens: (Vocati ergo Episcopi ab Imperatore ad Comitatum, ire debent ut hic.) Quod verù est, causa pacis reformandæ, vel causa consilii dandi, vel orandi ut dicit Gratian. in §. *præc.* Et hoc tamen si regalia habuerint. Et in hac opinione, quam ponit secundo loco videtur ibi residere, Et idem dicit Bellam. & Turrecrem. Præterea text. in d. cap. *Si Episcopus*, 18. *dist.* debet intelligi quando aliter insurgeret scandalum nisi Episcopus pareret Regi. Et ita intelligit Hugo illum textum, allegat. c. *Salonitana*, §. 3. *dist.* Vel intelligitur quando Rex esset Legatus Papæ, quia tunc propter legationem est major Archiepiscopo. Et sic et potius, quam Archiepiscopo est parendum. Quos duos intellectus ad illum textum sequitur etiam Jo. de Fan. & Alexan. de Navo in d. c. *Cum parati*, n. 29. vers. *Secunda conclusio*.
17 Accedit quòd etiam si Episcopus habeat regalia à Principe; tamen si vocetur à Papa etiam post mandatum Regis, exemplo Petri, *Lucæ* §. *relictis* omnibus, etiam regalibus, sequatur Papam. Quæ sunt verba formalia glossæ in d. c. *Cum parati*, in ver. *In legatione Regis*. Cui hac in parte subscribunt ibidem Host. n. 4. Jo. Andr. n. 7. Butr. n. 6. in fin. Abb. n. 7. Et est communis opinio, ut testatur Præpos. num. 20. in fine vers. *Et prædictus articulus*.
18 Quinimò, ut dicit ibi Innoc. (Si Archiepiscopus vocat Episcopum, vel alium Prælatum ad Concilium, vel ad causam, & Rex antè, vel post vocavit eundem, licitè potest prætermittere mandatum Archiepiscopi, & ire ad Regem, cui honor est deferendus per jura, quæ primò allegat gloss.) Quod

obligationi, etiam residendo in Diocesi. Quia interpretatio videtur primò amplectenda, quia per eam minus recedatur à dispositione veterum Conciliorum, & Canonum ad c. *Cum expediat, de elec. in 6. & l. Si quando, c. de iussu, testam. cum suis concordant. Deinde quia hoc modo cessat absurdum illud, quod alias sequeretur si Episcopi possent præcepto residentiae satisfacere absque eo quod unquam Ecclesiam Cathedralē, & sponfam suam inviserent. Denique quia cum præcepto divino mandatum sit omnibus Episcopis oves suas agnoscere, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, & bonorum operum omnium exemplum esse, & in cetera munia pastoralia incumbere, ut habetur in d. c. 1. non apparet quo modo hæc omnia impleri possint ab Episcopo, qui ad villas, & pagos diverfit, nec unquam residet apud Ecclesiam suam Cathedralē, nullasque ibi functiones episcopales exercet, nec præsens agnoscit oves, quarum pars major ut plurimum illic commoratur.*

Quod dicitur indicant verba d. c. 1. Nam dum hortantur Episcopi ut certis temporibus suam Cathedralē Ecclesiam non deserant, eam rationem afferunt, nempe quia illis diebus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debent, si ergo oves Cathedralis Ecclesiae dictis temporibus debent maxime refici, & Pastoris præsentia gaudere: Ergo etiam vice versa Pastor debet eas reficere, & permittere ut ejus præsentia oves gaudeant, idque dicendum est in præcepto esse, cum verbum *debet*, regulariter necessitate imponit, ut notatur in l. *Sept. ff. de offic. Præsid.* Neque his obstat quòd illic Concilium utatur verbis hortatoris, dum ait: (Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatium Adventus, Quadragesimæ, &c. ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto abint.)

Quæ quidem verba cum non præceptum, sed consilium imponant, obligationem non inducunt, c. *Quod præcipitur, 1. q. 1. c. 4. dist. 1. s. fin. Dec. in c. Nam concupiscentiam, num. 20. de Constitut.*

38 Nam respondetur primò verba hortatoria impropriari quando subiecta materia est de præcepto, ut hoc calu. Textus est in c. *Rogo*, atque ibi gl. 1. 1. q. 3. & in c. 1. in ver. *Hortamur*, ubi gloss. exponit, id est præcipimus, de testam. Ad idem gloss. in Clem. 1. in ver. *Hortamur, de testam.* & Abbas in d. c. *Nam concupiscentiam, n. 3. de Constitut.* vel certe, ut ait ibi Dec. num. 21. verba hortatoria tunc non impropriantur, quia non est inconveniens aliquem hortari ad illud, quod facere tenetur, c. *Per venit, 8. q. 1. de iud.* Et ideo verbum *rogo*, & verbum *hortamur*, in locis præallegatis propriè intelliguntur, & non inducunt præceptum, sed per alia jura materia præcepti esse dicitur, ut ibi per eum.

Deinde respondetur ejusmodi verba hortatoria in decreto Concilii esse conjuncta cum verbis obligationem importantibus, ut superius dictum est: unde tantum abest, ut per hanc admonitionem sublata censetur antiqua obligatio, ut potius ex ea videatur renovata. Nam Concilium hortatur Episcopos ut residant in Cathedrali in illis diebus, in quibus maxime oves refici, & gaudere Pastoris præsentia debent, quod perinde est ac si illos adhortatum fuisset ut dictis diebus suam implerent obligationem apud Cathedralē Ecclesiam residendi. Præsertim quia hoc ipsum se-

cerat ibidem paulò antè his verbis: (Sacrosancta Synodus eos (id est Episcopos) admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio, & veritate persciant, & regant) Ecce igitur oblationem adhortationem à præcepto, & obligationem Concilium non junxit, Quod & Pius IV. fecit in præalleg. Constitutione, *De salute gregis* ibi: *Episcopi ab Ecclesiis, & Diocesium suis absentes præcipiendo monentur.*

Ac propterea observandum est verba illa Concilii eodem interim admonet, fortè non limitare regulam, quam prius Concilium constituerat declarando Episcopos teneri ad personalem in civitate, vel diocesi residentiam; sed potius sublimitate limitationem, per quam superius immediate declaratur licere Episcopis per duos, aut tres menses quotannis ab Ecclesia abesse: tria enim ibi facit S. Synodus. Primò declarat obligationem residendi in civitate, vel diocesi. Secundò, indulget Episcopis, ut singulis annis duos, vel ad summum tres menses abesse possint. Tertio, hortatur Episcopos, ut non tamen absint temporibus Adventus, Quadragesimæ, & aliis ibi præscriptis. Quod perinde est ac si dixisset: Etsi Episcopi possint quotannis per tres menses abesse; illos tamen hortamur, ut hæc indulgentia minime utantur illis diebus in quibus maxime refici, & gaudere Pastoris præsentia oves debent. Et hoc modo quamvis illa verba essent Concilii tantum, non tamen sequeretur quin circumscripta triū mensium indulgentia, Episcopi alios non tenerentur in dictis diebus apud suam Cathedralē residere. Prior tamen intellectus magis congruit verbis Concilii, quia in eodem vers. *Eosdem interim admonet*, non agitur de absentia à Diocesi, sed à Cathedrali Ecclesia tantum, ut patet ibi: *Ab Ecclesia sua Cathedrali.* Et clarius ibi: *Nisi Episcopalia munia in sua Diocesi, &c.* Et consequenter non limitatur indulgentia, qua Episcopi abesse licet tribus mensibus extra diocesim, Ad l. *Nam quod liquitè, s. fin. ff. de penult. leg.*

Itaque ad dubium videtur respondendum Episcopos temporibus à Tridentino Concilio præscriptis teneri quidem apud suam Cathedralē Ecclesiam residere, ita ut aliter suæ obligationi non satisfaciant, nisi munia Episcopalia in sua Diocesi eos alio vocent. Cæterum non incidere in penas à Sancta Synodo Episcopis non residentibus infligendas, dummodò in diocesi resident. Et hanc sententiam probavit S. Congregatio ejusdem Concilii interpretans.

40 In S. Congregatione super residentia Episcoporum habita in Quirinali die 17. Julii 1657. cui interfuerunt eminentissimi Cardinales Ginettus, Melchius, & Paulucius; necnon R. P. D. Farnelius, Alerius, Gualterius, Uguinus, de Vecchiis Serretarius, & ego, proposita fuerunt ex ordine Sanctissimi infrascripta dubia, videlicet.

Cum S. Concilium Tridentinum, cap. 1. sess. 23. de reformat. permittat Episcopis, ut singulis annis, dummodo æqua ex causa, & absque ullo Gregis detrimento fiat, abesse possint à sua diocesi per duos, aut ad summum tres menses: Queritur Primò, An Episcopus possit jungere trimestrè absentiam unius anni, cum absentia trimestri sequentis anni, adeo ut licet abesse valeat à sua Ecclesia per menses Octobris, Novembriis, & De-

cembris anni v. g. 1657. & continuare absentiam per menses Januar. Februarii, & Martii anni 1658

Secundò, An Episcopus in casibus, in quibus rationabilem causam habet non residendi, debeat uti mensibus per S. Concilium concessis, & non nisi ipsi consumptis, quatenus absentia causa duret, licentiam petere non residendi: An verò primò licentiam petere, & ad alios usus reservare bimestre, aut trimestre tempus à Concilio concessum.

Per Bullam san. mem. Urbani VIII. super residentia Episcoporum, incipiens *sancta Synodus*, 27. alii 137. permittitur, ut Episcopi ad eisdem visitandi statuti terminis sacra Beatorum Apostolorum limina, abesse possint à suis ecclesiis per certum tempus, videlicet circa montes, vel mare exilites per quatuor menses, alii verò, &c. hinc Tertio queritur, an Episcopus visitans sacra Limina in fine unius terminis, v. g. in fine unius triennii, possit immediate in principio sequentis triennii iterum visitare, ac proinde visitationum titulo abesse à sua Ecclesia per octo continuos menses.

Quartò queritur, an Episcopo, qui antè per multum temporis, v. g. per decem continuos annos in sua ecclesia residerit, & vel ab ipsa vacatione per S. Concilium ex rationabili causa singulis annis permilla semper se abstinet, possit aliquando concedi facultas non residendi per aliquod tempus, licet non adit ulla causa ex approbata ab eodem S. Concilio Tridentino.

Ad primum Sac. Congregatio respondit, non posse, tum quia ejusmodi semelstris absentia complectitur illius temporis spatium Dominici Adventus, & Quadragesimæ, quæ ne à sua quidem Cathedrali, ne dum à Diocesi Episcopo abesse licet, ut in Concilio Tridentino, d. c. 1. vers. *Eosdem interim admonet, sess. 23.* & filius dictum est *suprà* d. n. 34. usq. ad num. 40. Tum quia in eo, qui abest sex mensibus continuis, non verificatur illud verbum *aliquantisper*, quo utitur Concilium in d. c. 1. dum ait: Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, cum Concilium illud restringat ad duos, vel ad summum tres menses, & antiqui Canonæ ad unum, ut in cap. *Præsentium, 7. q. 1. vel ad duos, ut in c. Si quis in Clero cad. caus. 8. q. 1.* Et quatenus verificaretur verbum *aliquantisper*, non tamen verificatur sequentia, videlicet, quia statim reversi sunt, nam qui abest per semelstre tempus, utique non statim est reversurus, cum dictio *statim*, regulariter significet modicum temporis intervalum, ut est textus in l. *Cum quidam, ff. de legat. 2. & in l. Si scire, s. Non autem statim, ff. de damno infecto* & notat Iraquellus in l. *Si unquam in ver. revertatur, num. 120. c. de revo. donat.* & aliquando importat intervalum unius mensis, ut notatur in l. *Divortio factio* alii est l. *fructus 7. s. Papiusianus*, in gloss. in ver. *Statim, ff. sol. matr.* Tum quia absentia Episcoporum per sex continuos menses à Concilio non reputatur brevis, ut patet *sess. 6. cap. 1. ibi*: (Si quis sex mensibus continuis extra suam diocesim morando abierit, quartæ partis fructuum unius anni penam ipso jure incurrat.) Tum denique, quia magis relaxari potest nervus ecclesiæ disciplinae, majusque detrimentum in spiritualibus, & temporalibus poterit pati Ecclesia, & pravi abusus, & corruptelæ in Clero, & populo facilius introduci, & facilius eradicari, si trimestris absentia unius anni, cum absentia trimestri sequentis anni, adeo ut licet abesse valeat à sua Ecclesia per menses Octobris, Novembriis, & De-

stire tempus absentia unius anni conjungatur cum trimestri alterius anni, quàm si trimestria sint interpolata. Obquam rationem cum in cap. *In singulis, de statu Monach.* statutum sit ut Capitula provincialia Religiosorum fiant de triennio in triennium, Jo. Andr. ibi in princ. dicit non sufficere in fine primi triennii facere unum Capitulum, & statim in principio secundi triennii facere aliud, quia id potius esset facere Capitulum de sexto in sextum annum, quàm de triennio in triennium, & multo tempore posset sic retardari Ordinis reformatio, ut scripti plenius in c. *Ego N. n. s. 1. de jur. jur.* Unde trimestre tempus quod interpolatè, & per se sumptum à Concilio reputatur breve, & cadit sub permissione, quia brevi reversus nec divertit videtur, l. 3. in *fin. ff. de divor. si postea jungatur cum alio trimestri, estimatur esse longum, & cadit sub prohibitione, ut de veris donationibus simul junctis notat Hoff. in c. *Apostolica, de donation. b. & de unionibus*, quæ quavis singula per se non gravent; tamen simul omnes consideratè gravant; & ideo omnes sunt revocandæ. Decidit Otradus *conf. 262. in quest. ne num. 2.* & de pluribus furtis rei modice docet S. Thomas in 2. 2. *quest. 66. art. 6. ad 3. Syl. in ver. Furtum, num. 4.* Contra textum in l. *Si liberus, s. Si quis plures, ff. de jur. patr.* & arg. l. *Nec non, s. Si quis sapius, ff. ex quibus caus. major.**

Ad secundum S. Congregatio consultis putavit nihil generaliter respondere, sed ubi casus particulares acciderint, maturius deliberare.

Ad tertium respondit Episcopus, qui Beatorum Apostolorum limina visitare vult, ac proinde nec visitationis titulo per octo continuos menses à sua Ecclesia abesse. Rationes hujus tenoris resolutionis habentur in d. c. *Ego N. n. s. 10.* ubi plene videas, de *jur. jur.*

Ad quartum respondit, non posse. Quam Congregationis sententiam S. D. N. ad se relatum in omnibus approbavit.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Ex tunc.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiarius absens, si ignoratur ubi sit, tribus editis citatus, & infra sex menses non reversus, beneficio privabitur. Et quid post Concilium Tridentinum, num. 31. & seqq.
- 2 Intellectus hujus cap. in §. Contra eos. & n. 18.
- 3 Citatio per editum contra Clericum absentem affigi debet valis Ecclesie sue.
- 4 Beneficiarius nunquam citari debet per editum ut redeat ad residentiam, si personaliter citari possit, & num. 9.

Et quid post Concilium Tridentinum, num. 31. 35. & 36.

- 5 Citatio contra beneficium absentem fieri potest etiam extra provinciam, sed ad id iudex non tenetur.
- 6 Citatio per edictum ubi requiritur trina, non sufficit unica, licet peremptoria.
- 7 Et an sufficiat unica peremptoria ad penam incurrendam si fuerit personaliter exequata, & n. 10.
- 8 Citatio trina, & unica peremptoria cum competentibus intervallis regulariter aequiparantur.
- 9 Beneficiatus absens personaliter citatus, nisi redeat infra terminum sibi praefixum beneficio spoliari potest, etiam non expectatu sex mensibus.
- 10 Monitio trina personaliter requiritur ut Clerici, carmifices, seu tabernarii perdant privilegium fori.
- 11 Beneficiatus absens quamdiu sit expectandus, ut beneficio privari possit.
- 12 Citationis edicta sex mensium spatium praesumuntur deduci ad notitiam citati.
- 13 Beneficium Clerici, qui tribus edictis citatus infra sex menses non reveritur ad residendum, conferitur quasi vacans sine alia sententia privationis.
- 14 Canonici, & alii Beneficiati in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, ex capite non residentia privari non possunt titulo, nisi post lapsum trium annorum, & n. 35.
- 15 Canonici absens ultra tres menses primo anno privari debet dimidia parte fructuum ad ratam mensium, quibus absuit, si non integer est annus. Secundo omnibus fructibus.
- 16 Archiepiscopus potest procedere contra Episcopos desertentes Ecclesias suas excommunicando, & suspendendo, non autem removendo eos ab Episcopatu, vel administratione.
- 17 Depositio Episcoporum iure divino est Papa reservata.
- 18 Episcopi arbitrium est procedere contra Parochos non residentes vel censuris, vel sequestratione, & subtractione fructuum, vel privatione Parochialis, & n. 20. vers. Postremo.
- 19 Forma procedendi adversus Parochos non residentes a iure communi praescripta an immutata fuerit Decreto Concilii Tridentini, & n. seq. usq. ad num. 35.
- 20 Statutum ad penam trahi non debet ad gratiam.
- 21 Qualitas opposita circa aliquas personas primo nominatas non censetur repetita quoad alias personas postea nominatas, etiam in eadem ratione.
- 22 Dicitio idem, quandoq. importat identitatem in genere, & diversitatem quoad specificas qualitates.
- 23 Clausula in fine posita refertur ad precedentia in eodem cap. sed non in Capitulis separatis.
- 24 Episcopus quoties in penam non residentia vult Parochum subtrahere partes fructuum, quos fecerunt suos, quoad intervalla, & quotas, servare debet praescriptum Concilii, cap. 1. fell. 6.
- 25 Secus in executione faciendi super fructibus, quos pro rata temporis absentia suos non fecerunt.
- 26 Concilium Tridentinum c. 1. s. Eadem, fell. 23. expenditur.
- 27 Lex innovata nisi legi innovanti, Verba legum clara non admittunt interpretationem, nec voluntatis conjecturam.
- 28 Forma procedendi contra Parochos non residentes a iure praescripta in quibus immutata fuerit a Concilio Tridentino, & n. seq. usq. in finem.
- 29 Parochi non residentes a Concilio Tridentino quibus penae subjiciantur.
- 30 Sententia privationis beneficii contra Parochum

non residentem est nulla, si in ultima monitione Episcopus comminatus fuerit privationem fructuum, non autem tituli.

31 Parochum absens etiam si ignoretur ubi sit, ex Concilio Trident. citari potest per edictum, etiam unicum, & non solemniter publicum, & n. seq.

34 Et lapsu termino eidem praefixo privari potest Parochialis, etiam non expectatu sex mensibus.

35 Canonici non residentes post lapsum trium annorum quae forma sint privandi Canonici.

36 Forma hujus Capituli ad anguem servari debet tantum in obtinentibus beneficia personalem residentiam requiruntia extra Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis.

EX TUAE. Si necitur ubi sit clericus absens, tribus publicis edictis citabitur apud Ecclesiam suam; at si postea expectatus per sex menses non redeat, ea privabitur. Hoc dicit primo, Deinde ponit praefixam procedendi contra Praelatos non residentes. Atque ita sunt duae partes principales. Nam primo ponit praefixam procedendi contra Clericos. Secundo, ponit praefixam procedendi contra Praelatos. Secunda ibi, contra eos, scilicet Praelatos. Unde secundum Hostiensium, 7. in ver. eos, & Jo. Andr. n. 6. in eod. ver. Melius dixisset, alios, scilicet Episcopos, nam usque huc loquutus est de inferioribus, hic incipit loqui de Episcopis.

Et hunc intellectum sequitur loquens in ver. Ut ipsos, & communiter Doctores telles Jo. de Imola post princ. vers. sed prima lectura communiter tenetur. Imo Innoc. supra in proemio, ubi litteram hujus Decretalis ex registro corrigi, & in aliquibus supplet, testatur veram litteram esse, Contra alias, ut hic refertur Butr. n. 1. in fine, & Imola post princ. vers. Et facit quod notat Innocentium.

Nota primo, quoties Clericus absens per edictum citari debet, citationem esse affigendam valvis Ecclesiae suae, ut probat haec littera ibi, in eorum Ecclesiis, & notant Cardin. in princ. & Abb. n. 1. Nam contra latitantes sufficit procedere ex edicto ad Ecclesiam, vel domum suam, c. Causam, & c. fin. de dolo, & contumacia, secundum Holt. hic n. 6. in ver. Publicari, Cardin. num. 1. in prima oppositione, & Anchar. in 1. notab. Rota in Terdonen. Praepositura, 17. Martii 1600. coram Decano relata a Joanne Garz. in tract. de benef. p. 3. cap. 2. n. 177.

Secundo nota ibi, nec ad eos valeat citatio pervenire. Clericum utcumque ex injuncta causa absentem ab Ecclesia sua, nunquam esse citandum per edictum, si intra provinciam sui copiam faciat, & citari possit personaliter, ut per Holt. d. num. 6. Cardin. num. 2. vers. Ex quibus, Anchar. num. 1. in 2. notab. & Abb. num. 3. in 3. notab. Dixi intra provinciam; quia si Clericus extra provinciam abesset, intimari quidem possit, & forte etiam citari per cap. Romana, s. Contr. abentes, de foro comper. lib. 6. & dixi post Collectar. in cap. fin. eodem tit. Sed tamen ad hoc iudex forsitan non tenetur secundum Hostien. num. 6. in ver. Pervenire, Joan. Andr. num. 2. in ver. Valer. & Anchar. num. 1. De hoc notatur in cap. Dilectus, supra de Procurat. An autem hoc procedat post Concilium Tridentinum, dicam infra n. 31. 35. & 36.

Tertio nota ibi, Trina citationis, Restorem Eccle-

Ecclesiae absentem, si ignoretur ubi sit, esse citandum tribus edictis ut redeat ad residentiam. Quo fit ut non sufficiat unicum peremptorium pro omnibus, quia hujusmodi citationes per edictum difficile transeunt in notitiam citati, & facilis est ut innotescant si ter publice fiant, quam si semel, licet peremptorie. Forte enim amicus citati intererit in secunda, vel tertia, qui non interfuit in prima, & poterit hoc citato denunciare, Et ita firmat hic Jo. Andr. n. 4. in ver. Trina, & solius in addit. ad Specular. super hac rubrica in 3. q. ubi refert se ita consuluisse in quodam Clerico, qui unica citatione peremptoria citatus, beneficio privatus fuit, quia non venit; Respondit enim privationem esse nullam, ob non servatam formam hic praescriptam; & sequitur hic Anton. de Butr. n. 3. Anchar. n. 2. in 3. notab. Imola nu. 3. vers. Et adverte, & num. 4. & Abb. in 4. notab.

Quinimo ubi ad penam incurrendam lex requiritur citationem, non sufficit una peremptoria, licet personalis, ut sentit glossa in Clem. 1. in ver. Tertio, de vita, & honestate Clericor. quam sequitur Imola, & singularem reputat Abb. ubi sup. Ad quod Gulielm. de Monte Laud. dicit esse textum apertum in c. 1. in ver. de Misere va. allo, qui contumacia est, in usib. feudor. Quod nota ad limitationem, Contumacia, vers. Contumacia est, ff. de re judic. & c. De illicita, vers. Quicumque tribus auctoritatibus, 24. q. 3. Nam regulariter aequiparantur trinae citationes, & unica peremptoria cum competentibus intervallis, ut in iuribus praelegatis, & in c. Constitutionem, de sent. ex comm. lib. 6.

Hae procedunt in Clericis latitantibus, de quibus ignoratur ubi sint, vel ad quos non valet citatio pervenire. Hi enim, ut dixi supra in 2. notab. citari debent tribus edictis, id est solemniter propositis, & publicatis, ut innuit littera in ver. Facias publicari; aliis enim contra abentes ex edicto procedi non possit, & ita procedit textus in l. 1. s. Item cum ex ed. do, ff. qua sent. sine appell. rescind. quia ibi edictum non fuit solemniter positum, ut post gloss. 1. & Innoc. declarat hic Holt. n. 6. in ver. Edictum, & in ver. Publicari, & sequitur DD. de quo tamen vide hic per Imolam num. 4. vers. Circa primum. Hinc inquam procedit in Clerico, qui necitur ubi sit, vel ita longe distat, ut commode personaliter citari non possit, & de eo loquitur haec Decretalis, Inducuntur enim contra eum haec duo specialia, ut citatio sit trina, & absens postea expectetur per sex menses, ut sic suppleatur defectus citationis personalis. At vero si scitur ubi sit Clericus beneficiatus, & commode citari possit, tunc non requiritur trinum edictum, sed debet personaliter citari, & sufficit unica citatio, si fuerit personaliter executata. Imo sufficit simplex requisiti, seu monitio, vel revocatio cum competentibus termino ad redeundum, quo e lapsu etiam non expectatis sex mensibus, Ecclesia spoliari poterit, cum videatur illam habere pro derelicta, textus est in c. Ex parte, & ibi dixi supra eod. Et ita distinguit, & declarat glossa communiter approbata in d. c. Quoniam frequenter, s. Porro, in ver. Canonibus, supra, ut lite non contest. & Abb. hic n. 1. s. an 3. opposit. & n. 3. vers. Conclude ergo, Jo. de Selva in tract. de benef. par. 4. q. 4. & seq. & refolvit Rota apud Cardin. Mant. decis. 67. n. 5. quam decisionem postea secuta est eadem Rota

in Terdonen. Praepositura supra citata in primo notab. Non obstat glossa praelegata in Clem. 1. in ver. Tertio, de vita, & honestate Clericor. quae dicit ad penam incurrendam non sufficere unicum citationem etiam personalem, & peremptoriam, prout eam allegat Abb. hic in 4. notab. Quoniam textus in d. Clem. loquitur de Clericis officium carnificum, & tabernariorum publicae, & personaliter exercentibus, & sic de his qui non latitant, sed personaliter citari possunt, Et tamen jubet eos nominatim, & tertio moneri. Non igitur mirum si ad illam penam incurrendam unica citatio personalis non sufficit, cum textus in illo speciali casu trinam requirat. Et forte ratio specialitatis fuit gravitas poenae amissionis privilegii clericalis, quod est de Jure Divino, c. Si Imperator, 96. dist. 11. & scripti latissime in c. Ecclesia S. Mariae, supra de Constitut. At secus est in beneficiatis absentibus, quia si eorum copia haberi possit, iura nihil aliud exigunt, quam ut semel personaliter moneantur, seu revocentur ad residentiam, ut in d. c. Ex parte, supra eod. & constat ex supradictis. Verumtamen aliud dicendum est post Concilium Tridentinum quoad Parochos, quia sufficit citatio per edictum, nec requiritur personalis, ut patebit infra num. 31.

Quarto nota ibi, ultra sex menses, Clericum a sua Ecclesia absentem, si ignoretur ubi sit, post trinam citationem esse expectandum per sex menses. Unde sublata est dispositio antiquorum Canonum, qui varie circa hoc disponunt. Quodam enim dicunt Clericum duobus tantum mensibus esse expectandum, c. Praesentium, 7. quast. 1. Quidam dicunt de tribus hebdomadis, c. Si quis in Clero, ead. can. & quast. Quidam de quinque annis c. 2. supra eod. Quidam de anno, ut in Authen. de Sanctiss. Episc. s. Interdictionis, secundum Innoc. hic num. 1. & latius per glossam in cap. Quoniam frequenter, s. Porro, in ver. Canonibus, supra, ut lite non contest. Sed hodie contra Beneficiarium latitantem de iure communi servandum erit quod hic dicitur, ut scilicet expectandus sit per sex menses: Juris enim praesumptio est, ut infra hoc spatium citationis edicta ad illius notitiam perducantur. Ad quod hunc textum singularem reputat Abb. hic num. 5. in 5. notab. Ergo lapsu sex mensibus beneficio spoliari poterit, ut in textu, etiam lite non contestata, ut in d. c. Quoniam frequenter; & hic notat glossa in ver. Removeat, etiam non procedente sententia privationis; propterea enim dixi spoliari, & non privari, quia non fertur sententia, sed datur beneficium quasi vacans; & sic absens videtur spoliari, ut formaliter hic dicunt Holt. & Joann. Andr. ambo in ver. Spoliari; & sequuntur alii, De quo dic ut scripsi in c. Ex parte, & c. Qualiter, supra eodem.

Limita nunc notabiliter dispositionem hujus Decretalis, ut non procedat in omnibus dignitatibus, Canonicatus, Praebendas, aut Portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis. Hi enim ex Decreto Concilii Tridentini, c. 1. s. 2. Prater ea, fell. 24. si ultra tres menses abfuerint, primo anno privari debent dimidia parte fructuum. Secundo anno omnibus fructibus. Crescente vero contumacia procedendum est contra eos ad sacrorum Canonum praescriptum, id est, ad privationem tituli, Atque ita absentes ultra tres menses hodie

beneficio privari non poterunt, nisi post lapsum trium annorum, & servata forma ibi praescripta, ut f. pius declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii interpret. Minime enim verum est, quod refert Mantica in praesalleg. de i. 67. n. 6. videlicet per Multisil. S. Congregationis interpretes fuisse declaratum, Episcopos posse procedere ad privationem ob non residentiam; tamen si temporum intervallo, de quibus in d. cap. 12. §. Præterea. sess. 24. non fuerint observata. Imò enim S. Congregatio censuit expectandum esse lapsum trium annorum, priusquam ad privationem in totum procedatur. Et primo anno absentem ultra tempus permillum privandum esse dimidia parte fructuum, & quidem ad ratam mensium, quibus abiiit, si non integer est annus. Secundo, omnibus fructibus. Tertio, privandum titulo, & ad privationem hujusmodi procedi non posse, nisi hac forma servata, ut etiam dixi in c. Licet. n. 26. infra tit. proximo.

Idem responsum eum Episcopus in penam residentiae vult Parochis subtrahere partes fructuum, quos residendo suos fecerunt: debet enim servare quoad intervallo, & quoad quotas praescriptum Concilii, c. 1. sess. 6. ut latius dicam infra n. 24.

16. Ultimo nota in §. Contra eos. Archiepiscopum posse procedere contra episcopos deserentes Ecclesias suas excommunicando, & suspendendo, & removere autem illos ab episcopatu, vel administratione non posse: hoc enim specialiter Legato hic conceditur, ut formaliter dicit Innoc. nu. 5. in ver. procedatur, & sequuntur alii. Nam depositio Episcoporum jure Divino est Romano Pontifici reservata, ut in c. Inter corporalia, de translat. Episc.

17. Verum intelligendo hunc §. Contra eos, non ponere casum diversum, sed continuare casum praecedentem de clericis inferioribus juxta alium intellectum glossae in ver. Spoliari. Hinc collige Episcopum non arctari praesens ad procedendum contra beneficiatum non residentem per viam privationis beneficii; sed esse in optione ipsius procedere etiam per subtractionem fructuum, & censuras ecclesiasticas, ut hic notant Imola, & Jo. de Anan, quos sequitur Mantica in praesalleg. dec. 67. num. 6.

Quod procedit etiam contra Parochos non residentes in terminis Concilii Tridentini, c. 1. ver. Quod si per edictum, sess. 23. ponderando illa verba, liberum esse vult Ordinarius, &c. Et quamvis oppositum videatur declarasse S. Congregatio contra Parochos non residentes tempore pelis, ut dixi in c. fin. num. 41. & 45. infra eod. Fortè tamen ita censuit in illo speciali casu, quia erat admodum controversum inter Theologos, & Canonistas, an pelis tempore Parochi tenerentur personaliter residere, ut ibi dixi num. 42. & 49. Unde contra absentes exilimavit non esse illud procedendum ad privationem Parochialis; sed prius expedienda esse alia remedia censurarum, & subtractionis fructuum. Verum extra illum casum generaliter consulta an sit arbitrium episcopi quavis, & quo remedio uti voluerit contra non residentes, nempe vel censuris, vel sequestratione, & subtractione fructuum, vel privatione: Respondita esse. Idemque patet ex decisione edita in causa Imolen. de qua infra num. 30.

19. QUARO an forma procedendi adversus Parochos non residentes à jure communi praescri-

pta, immutata fuerit Decretis Concilii Tridentini, c. 1. sess. 6. & c. 1. sess. 23.

Disponit S. Synodus in cap. 1. sess. 6. adversus Episcopos non residentes, ut primis sex mensibus eorum absentiae in penam amissionis quartae partis fructuum unius anni ipso jure incurrant. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam quartam partem fructuum similiter eo ipso amittant. Crescente verò contumacia, praescribit quā forma sit contra eos procedendum ad graviora remedia. Deinde in cap. 1. sess. 23. interpretatur primò dictum decretum, & statuit ut ejus praeceptum non liceat Episcopis ultra tres menses quolibet anno abesse: alioquin praeter mortalis peccati reatum, quem incurunt, pro rata temporis absentiae fructus suos non faciunt. Postremo eadem omnino quoad culpam, amissionem fructuum, & penas de Curatis inferioribus declarat, & decernit, ut in §. Eadem. Quo loco, cum nihil statutum fuerit de modo procedendi contra inferiores Curatos, consequens videtur esse ut servari debeat veterum Canonum dispositio, de qua praecipue in hac Decretali. cum eam Concilium non immutaverit: nam correctio juris vitanda est, cap. Cum expediat, de elect. in c. 1. Praecipuum, in fine, c. de appell. l. fin. c. de inoff. testamen. & quod non mutatur, stare non prohibetur, l. sancimus, c. de testamen. Quod li Concilium voluisset modum procedendi circa Curatos inferiores praescribere, utique expressè disposuisset, sicut de culpa, pena, & fructuum amissione disposuisset. Ad hoc cap. inter corporalia, ibi: Si circa translationem id fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse, de translat. Episc. Ad idem text. in cap. ad audientiam, de decim. & in l. unica, §. Sin autem ad deficientis, c. de Caduc. tollen. Quod igitur non est Sanctorum Patrum Decreto sancitum, superfluum non est ad inventionibus praesumendum, ut in d. c. 2. & in c. Consultus, 2. quast. 5.

Præterea intentio finalis S. Synodi in d. cap. 1. sess. 23. fuit occurrere negligentiae Pastorum non residentium, illosque dillicius arctare, ut gregi sibi commisso sedulo invigilarent. Et propterea non est inferendum, ut intervalla longiora Episcopus procedens contra non residentes servare teneatur, quam de jure Canonum prius statuta fuissent; alioquin inducta ad effectum coangulandi licentiam non residentium, eorumdem habenas laxarent; quod esset absurdum, ut per Bald. cons. 47. 2. num. 2. ver. Sed ubi apponitur, lib. 2. & Angel. cons. 66. ver. Clausula enim. Siquidem quod statutum fuit ad penam, trahitur debet ad gratiam, dicto cap. inter corporalia, ver. Nec quod de cessione, de translat. Episc. & generaliter inducta ad unum finem, contra illum operari non debent, l. Cum tale, §. Et aliam, ff. de condit. & demonstr. l. Legata matribus, ff. de adimen. legat. Ad hæc cum in d. c. 1. sess. 23. in ver. Quod si per edictum, eadem tribuatur facultas Ordinariis compellendi non residentes per censuras ecclesiasticas, vel sequestrationem, & subtractionem fructuum; sequitur ut quemadmodum nihil est immutatum in modo procedendi quando eligitur via censurarum; ita nec quidquam novi censetur inductum quando proceditur per fructuum subtractionem: una enim determinatio respiciens plura determinabilia.

nabilia, debet illa aequaliter determinare, l. tam hoc jure, §. fin. ff. de vulgar. & pupill. text. in l. fin. & ibi Bart. c. de senten. Dec. in c. Novus, num. 56. supra de iustic.

25. His accedit, quod in eod. c. 1. sess. 6. Concilium tantum de majoribus Praelatis disponit, ut patet ex illis verbis: Ab his, qui majoribus Ecclesiam praesent, inquit censuit esse sumendum. Ergo sequens dispositio applicari non potest Parochis, cum verba posita in proemio dicent, & ostendant animum disponentis à finibus Bart. & omnes, ff. de hered. instit. l. fin. ad maced. cum concord.

Postremo difficultus, & majori deliberatione proceditur contra Archiepiscopos, & Episcopos, quam contra Parochos: quamvis enim Parochus absens, & ter citatus intra sex menses non reverlus privari per Episcopum valeat, ut hic; Episcopus tamen non potest per Archiepiscopum deponi, & privari, d. cap. inter corporalia, de translat. Episc. Concilium Tridentinum, c. 1. sess. 29. & dicit c. 1. sess. 6. & dicitur est supra in ult. notab. Ideoque Episcopi non aliter coercentur ad residentiam, quam si per superiorem citra Papam excommunicatioe & suspensione feriantur, ut hic patet in §. Contra eos, secundum communem intellectum, de quo supra in prime, & in ult. notab. & non respicientes privantur per Summum Pontificem, vel ejus specialiter delegatum, & hic per Abbatem, n. 9.

21. Quamobrem non est protrahenda dispositio loquens de Episcopis ad Parochos, in quibus minor ratio viget, & minus detrimentum, & scandalum afferit inconsulta coercitio, vel privatio, quia qualitas opposita circa aliquas personas primò nominatas non censetur repetita quoad alias personas postea nominatas etiam in eadem oratione, & ita utraque verborum, l. ult. §. Scio, ubi Bart. de leg. 2. lta Alex. cons. 158. n. 2. l. b. 6. Alciat. praesumpt. 76. n. 2. ver. Tertio quia, Socin. Jun. cons. 142. num. 22. lib. 3. Quod multo magis dicendum est in casu praesenti, in quo qualitas modò procedendi circa Episcopos fuit appolita in cap. 1. sess. 6. ut propterea non debet censeri repetita quoad Parochos nominatos in c. Directus, semper in cap. 1. sess. 23.

22. Ne refragantur verba illa, eadem omnino, & c. tum quia non est absurdum, ut dictum idem, denotet identitatem in genere, & diversitatem quoad specificas qualitates, gloss. in cap. final. de magist.

23. Alex. in l. 2. in fine ff. si cert. petat. Tum etiam quia illa clausula, eadem omnino, posita prope finem capituli refertur quidem ad praecedentem capituli contextum, l. Talis scriptura, §. fin. ff. de legat. 1. c. Inquisitioni in fine de appellat. Felin. in c. Causam qua de rescript. cum similib. sed non ad cap. 1. sess. 6. separatum, Bart. in d. l. Talis scripturae praetertim cum capitulum illud sess. 6. circa modum procedendi sit diversum à Sacrarum Canonum dispositione, gloss. in d. l. Talis scriptura, §. 1. Anton. Gabr. in iur. de clausula, num. 5. ubi ex his ampliat, etiam si clausula in fine posita referret se in genere ad omnia praecedentia.

24. Ceterum his non obstantibus oppositum declaravit S. Congregatio Concilii Tridentini interpretis: orta enim dubitatione an episcopus procedens per subtractionem fructuum adversus Parochos non residentes juxta decretum, c. 1. §. Eadem omnino, sess. 23. teneatur observare eadem intervalla eademque rationem, quæ contra Episcopos non residentes statuitur in cap. 1. sess. 6. cen-

suit episcopum quoties in penam omisit residentiae vult Parochis subtrahere partes fructuum, quos residendo suos fecerunt, debere servare quo ad intervalla, & quoad quotas praescriptum Concilii cap. 1. sess. 6. in executione autem faciendi super illis fructibus, quos idem Parochi pro rata temporis absentiae suos non fecerunt, nec tuta conscientia retinere possunt ex decreto, cap. 1. sess. 23. §. Si qui autem, episcopum non debere sequi intervalla, de quibus in d. c. 1. sess. 6.

26. Considerationes verò supra in contrarium adductæ facile diluuntur, si verba d. c. 1. in ver. Eadem sedulo expendantur. Nam cum S. Synodus prius egerit de residentia episcoporum, postea subjungit, eadem omnino etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & penas de Curatis inferioribus declarat & decernit, ut quidem de culpa, id est, de mortali reatu, quem incurrant non residentes, & de amissione fructuum, & in absentia suos non faciunt, dispositio in eod. cap. 1. sess. 23. in ver. Si qui autem. Ac verò de aliis penis ibi nihil novi statuit, sed tantummodo innovavit penas adversus episcopos non residentes sub Paulo III. impositas, id est in c. 1. sess. 6. Si igitur Concilium in d. ver. Eadem, extendit dispositio circa episcoporum residentiam ad inferiores Curatos non tantum quoad culpam, & amissionem fructuum, sed etiam quoad penam; & de penis nihil disposuit nisi in d. c. 1. sess. 6. utique hinc necessario sequitur, ut pena episcopis non residentibus ibidem inserta locum habeat etiam in Curatis inferioribus; & consequenter etiam in ipsis servanda erunt temporum intervalla in pena privationis fructuum ibi praescripta. Nam pena illa licet in genere repetita in d. ver. Eadem, tamen cum sit unica, censetur nominatim expressa, ut l. 2. ff. de liber. & posthum. & in sit de exheredat. liber. §. Nominatim. Præterea etiam clausula posita in d. ver. Eadem, non esset referenda nisi ad contenta in eod. c. 1. sess. 23. tamen cum ibi innovetur pena impolita in d. cap. 1. sess. 6. perinde est ac si pena hujusmodi esset in posteriori decreto inserta, quia lex innovata inest legi innovanti, non secus ac si illius tenor esset in ea insertus, c. Cum dilecti de confirm. uti, vel in util. gloss. in c. Veri virgantes, in ver. Statuimus de offi. ordi. in c. 6. Doctores in Clem. Dudum, de sepultur. Atque ita cessant conjecturae omnes adductæ in oppositum de correptione veterum Canonum, de mente Concilii, & de clausula in fine posita. Quoniam verba Concilii clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam, l. Licet Imperator, ff. de legat. 1. Abb. cons. 197. vis instrumenti n. 1. ver. Et primò quia, lib. 2. Socin. cons. 13. n. 38. lib. 1.

27. Concludendo dic, juris communis dispositionem adversus Parochos non residentes, de qua praecipue in hac Decretali, in multis fuisse à Concilio immutatam, & alteratam: Primò enim fuit immutata in eo, quod Parochus non residens de jure communi non perdit fructus ipso jure, sed procedi potest contra eum per fructuum sequestrationem, seu privationem, ut dictum est supra num. 18. Ac verò post Concilium non solum non facit fructus suos pro rata temporis absentiae, ut in dict. c. 1. sess. 23. sed etiam libenter ultra sex menses, incidit ipso jure in penam privationis quartae partis fructuum unius anni impositam Episcopis in d. c. 1. sess. 6. & innovatam in c. 1. sess. 23.

in vers. Si quis autem; & ampliatam ad Curatos inferiores in vers. Eadem, Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseveraverit, aliam quam partem fructuum, ut supra eo ipso amittit, ut in d. c. 1. sess. 6. Et quamvis integrum sit Episcopo procedere etiam ad privationem beneficii, tamen si elegerit procedere per subtractionem fructuum; tenetur observare illa tempora intervalla, nec potest illico ad privationem tituli procedere. Unde cum Episcopus Imolen. privat. Reclorem Parochialis, qui non residebat, & Rector Sacram Congregationem Concilii adiisset. Responsum est privationem esse nullam, & remittendam Rectori Parochiale, quia in ultimo precepto ante sententiam, quo illum ad residendum vocaverat, comminatus fuerat Ordinarius fructuum amissionem, & non privationem Parochialis.

31 Deinde forma procedendi contra Parochos non residentes a iure prescripta, fuit a Concilio immutata in eo, quod de iure communi Parochus si scitur ubi sit, citari non potest per edictum, sed citari debet personaliter, ut ostensum est supra n. 4. & 9. At per Concilium citari potest per edictum, etiam non personaliter, ac si contumax fuerit, privari etiam Parochiali, ut patet in dict. c. 1. sess. 23. ibi: (Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinarius per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere) Et verba illa, usque ad privationem S. Congregatio declaravit esse intelligenda inclusive.

31 Tertio, fuit immutata in eo, quod de iure communi beneficiatus latitans citari debet tribus edictis, ut patet hic in textu. At post Concilium sufficit indistincte unicum edictum peremptorium cum competentis termino ad redeundum, cum non requiratur trinum, sed simpliciter dicat, per edictum citari.

33 Quarto, fuit immutata in eo, quod edicta huiusmodi de iure communi debent per preconem solemniter publicari, secundum opinionem Hostii, & aliorum, de qua supra n. 9. Secus post Concilium quod hanc solemnitatem publicationis non exigit. Unde satis est ut edictum affigatur valvis Ecclesie, secundum ea que dicta sunt supra in 1. notab.

34 Denique immutata fuit in eo, quod de iure communi Parochus si ignoretur ubi sit, post trine citationis edictum non potest illico privari beneficii, sed expediri debet per sex menses, ut hic est casus. At post Concilium citatus live scitur ubi sit, live non, lapsa termino eidem prefixo, statim privari poterit. Nam cum ex Concilio edictum successerit loco citationis personalis, quemadmodum personaliter citatus non est expectandus per sex menses, sed statim potest privari, ut in c. Ex parte, si 1. & in c. seg. supra eod. & infra c. fin. & dictum est supra n. 8. ita & citatus per edictum. Ex quibus patet hanc Decretalem in primo responso per Tridentinum Concilium fere in omnibus abrogatam fuisse quoad Parochialium Ecclesiarum Rectores.

35 Quo vero ad obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, similiter patet primum responsum huius Decretalis fuisse immutatum in eo, quod ex

Concilio, antequam beneficio privari possint, expectandus est lapsus trium annorum, ut ostensum est supra n. 14. Verum transacto tertio anno, si ignoretur ubi sunt, citandi erunt trine citationis edicto, & postea expectandi erunt per sex menses, iuxta formam hic prescriptam, quam Concilium non immutavit, imo expresse preceperat in dict. c. 1. 2. 5. Præterea, sess. 24. ibi: Contra eos iuxta sacrorum Canonum Constitutiones procedatur, id est beneficio priventur ad eum modum, quo facti Canonici prescribunt.

36 Superest igitur ut forma procedendi contra Clericos non residentes præfixa in hac Decretali ad unguem servari debeat tantummodo quoad eos, qui obtinent beneficia simplicia personalem residentiam requirientia extra Cathedrales & Collegiatas Ecclesias.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Tuæ.

S Y M M A R I V M.

- 1 Privilegiatus ut absens in studio fructus præbende recipiat, existens in villa, vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.
- 2 Licentia Prælati, & privilegium requiruntur ad hoc ut absens in studio fructus præbende recipiat.
- 3 Et licentia non sufficit petita, nisi etiam sit obventa.
- 4 Quod si Prælati eam denegeret, ad eundem est superior ut eum dare compellat.
- 5 Prælati inferior an Curati Ecclesiarum sibi subiectarum dare possit licentiam non residentis, & non: sequi usque in fin.
- 6 Capitulum ex prescriptione, vel privilegio potest in certis Ecclesiis sibi acquirere iura Episcopalia exclusivè Episcopo.
- 7 Ecclesia pleno iure subiecta dicitur, in qua qui habet ordinariam, & quasi Episcopalem jurisdictionem.
- 8 Tridentinum Concilium ubi loquitur de concernentibus jurisdictionem, non intendit eam uni asserere, & dare alteri.
- 9 Licentiam dare de non residentis pertinet ad legem jurisdictionis.
- 10 Et eam dare potest non modo Episcopus, sed etiam inferior Prælati.
- 11 Capitulum Civitatem, quam jurisdictionem habeat in Ecclesia sibi subiecta.
- 12 Libertas, id est, sine alicuius licentia.
- 13 Instruere, & destituere spectat ad Ordinariam jurisdictionem.
- 14 Observantia subsequens superat omnes alias probationes, & est omnium interpretationum Regina.
- 15 Consuetudo interpretativa non requiritur ut sit prescripta.
- 16 Tridentinum Concilium, c. 1. §. Eadem omnino, sess. 23. expenditur, & n. 18.
- 17 Episcopi appellatione in materia jurisdictionis veniunt etiam inferiores Prælati similes jurisdictionem habentes.
- 18 Secus si habeant solum jus conferendi, n. 20.
- 19 Ordinarii appellatione venit etiam inferior Prælati jurisdictionem habens.

1 T UÆ. Privilegiatus quod absens in studio fructus præbende recipiat, Studens in studio particulari, privilegio non utitur. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Joan. de Anan. & Alex. de Nevo. Vel sic secundum Abbatem, Privilegiatus ut absens in studio fructus præbende recipiat, existens in villa, vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur. Hoc dicit, & sunt duæ partes. Quæstio, & Responso, secunda ibi, ad quod.

2 In textu ibi, studiorum gratia est indultum: iunctis verbis accepta licentia; nota duo copulativè esse necessaria ad hoc, ut absens studiorum causa percipere possit fructus præbendarum suarum. Primum est, ut super hoc habeat indultum, seu privilegium. Secundum est, ut habeat licentiam Prælati sui, prout hic notat Joan. Andr. numer. 1. in ver. Fructus, ubi contra Archidiaconum, in cap. De quibusdam, in fin. 37. dist. concludit non sufficere licentiam, quam dat Episcopus existendi in studio, nisi etiam sit studium in hoc privilegium, nec licentia est superflua, quia operatur, ut paniri non possit, quia non residet in beneficio. Butr. in 1. notab. Cardin. numer. 7. in §. quæst. Imol. numer. 1. Anchar. numer. 7. Abbas numer. 3. Joan. de Anan. numer. 2. vers. Nota quod habens privilegium, & Alex. de Nevo in 1. notab. & scripsi plenius in c. Relatum, supra eodem.

3 Et indultum intelligitur vel ab Episcopo, vel a Papa, ut dicit gloss. 1. hic, vel à iure, ut in cap. Super specula, de Magistris; vel ex consuetudine, arg. cap. Avartia, de præben. & cap. Cum omnes, de Constitut. vel ex Constitutione Ecclesie, ut cap. Cum dilectis, infra eodem, vel ex privilegio specialiter, ut hic, & in cap. Cum ad hoc, infra eodem, secundum Hostien. & Joan. Andr. hic numer. 1. in ver. Indultum, & omnes, ut attestat Felin. in cap. final. numer. 3. vers. Sexto limite, de Magistris, & licentia debet esse obventa, ut probat hac littera ibi, accepta, & sic non sufficit petita, ut hic, & in cap. Relatum, supra eodem, & notat Hostien. hic numer. 1. in ver. Licentia, & Jo. Andr. numer. 2. in ver. Accepta, Butr. n. 7. Abb. n. 3. & reliqui omnes. Si tamen Prælati sine causa contradiceret, posset haberi recursus ad Superiorem, ut eum compelleret licentiam dare, arg. cap. Nullus, de iure patr. secundum Hostien. hic numer. 1. Joan. Andr. numer. 2. Abb. numer. 3. & Felin. loco citato. Nec obstat cap. Licet, infra de Regular. ubi pro transitu Religiosi ad strictiorem Ordinem sufficit licentia petita, licet non obventa. Quoniam illud est speciale favore Religionis, secundum Goffred. & Jo. Andr. ubi supra, vel, secundum Host. in d. c. Licet, numer. 1. talis à Spiritu sancto intelligitur absolutus à licentia imperanda, qui ei spirat ut transeat: ergo ei tanquam Superiori obediendum est, cap. Qui resistit 1. q. 1.

4 Potest cum decreto Concilii Tridentini cap. 1. §. Eadem omnino, sess. 23. cautum sit, ut cum inferiores Curatos à suis Ecclesiis abesse contigerit, causa debeat esse ab Episcopo prius cognita, & probata, & licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus nisi ex gravi causa non obtineant: Ex factis quæstio est, An Capitulum Civitatem, Vicariis Ecclesiarum sibi subiectarum possit eiusmodi licentiam impertiri, necne?

5 Pro dubii solutione supponendum est primo de iure, quemlibet inferiore posse sibi acquirere

jurisdictionem quasi Episcopalem in aliqua Ecclesia privative ad Episcopum, vel prescriptione, vel privilegio, ut habetur in c. Auditus, & ibi notant Abbas n. 4. & Felin. m. 1. supra de prescript. Franciscus Balb. de prescript. par. 1. §. par. principalis, q. 1. numer. 2. & in terminis Capitulum posse in aliquibus Ecclesiis sibi acquirere prescriptione, vel privilegio omnia iura Episcopalia & jurisdictionem Episcopalem concludit late Calderin. cons. 2. incipien. An Archiepiscopus, in tit. de prescript. & sequitur Balb. ubi supra.

7 Supponendum secundo, idem esse habere Ecclesiam sibi subiectam pleno iure, & habere Ordinariam, & quasi Episcopalem jurisdictionem, quia tunc Episcopus nullum jus Episcopale potest in ea exercere, ut notat Host. in cap. Quoniam, ante n. 1. in ver. Vroque iure, de privileg. Abb. in d. c. Auditus, n. 4. & ibi etiam Felinus eodem numer. de prescript. Bald. ubi supra, n. 3.

8 Supponendum tertio Concilium Tridentinum ubi non loquitur de concernentibus officium, vel dignitatem Episcopi, sed de concernentibus jurisdictionem, non fuisse jurisdictionem uni asserere, & dare alteri, ex traditis per Vitalium in Clem. Attendentes, §. Voeritur n. 3. & 4. de Stat. Monach. Pur. in terminis Conc. Trident. decis. 239. incipien. Die 1. Aprilis, lib. 3.

9 Supponendum quarto, dare licentiam de non residentis spectare ad legem jurisdictionis, c. Relatum, supra eod. Quæ quidem licentia potest dari de iure communi non solum ab Episcopis, sed a quibuscumque inferioribus Prælati, ut probat text. in d. cap. Relatum, ibi: De licentia suorum Prælatorum, ubi Innoc. numer. 2. Nota, inquit, inferiores Prælatos dare licentiam eundi ad Scholas, &c. & concordant ibi Host. numer. 3. Butr. n. 5. & Abb. qui de communi attestatur n. 4. Cardin. in Clem. 1. §. Sanè, si 2. n. 6. de stat. Monach. hor.

11 Supponendum ultimo, Capitulum Civitatem, habere Ecclesias, de quibus agitur, sibi pleno iure subiectas, quod patet ex litteris Cælestini, p. II. & Pauli III. nam in litteris Cælestini caverit, ut Capitulum possideat dictas Ecclesias liberè, & dictam libertatem confirmat, & verbum liberè, omnem subiectionem excludit, & denotat possessionem abique alicuius licentia, gloss. in Clem. Dudum, §. Si verò, in ver. Liberè, de sepulch. & notatur in cap. De multa, de præben. & in cap. Licet Episcopus, eod. tit. lib. 6. & probatur in c. fin. §. fin. de consuetud. lib. 6. & in c. Cum plures, & ibi gloss. in ver. Liberè, de offi. delegat. eod. lib. & in cap. Si atimus, & ibi dixi, numer. 3. de Regular. Barbat. cons. 1. n. 3. vers. Item transibit, in fin. lib. 2. Rubens Alexandrin. cons. 4. 3. n. 4. ex litteris verò p. II. quia, ut ibi dicitur, Capitulum habet jus instituendi, & destituendi, quod idem prius confirmat, nec non ejus solitam jurisdictionem, & sic quasi Episcopalem, cum instituere, & destituere spectet ad ordinariam jurisdictionem, cap. Conquerente, de offi. Ordin. & toto tit. de institut. parif. cons. 22. numer. 19. lib. 4. Sed clarius ex litteris Pauli III. in quibus vasa confirmat expressè ordinariam jurisdictionem, ac jus conferendi, instituendi, & destituendi, & ubi verba sunt clara, non est admittenda quæstio voluntatis, l. ille, aut ille, ff. de legat. 3.

13 Confirmatur omnia ex effectu subsequito, quia ut in facto supponitur, semper Capitulum in illis Ecclesiis exercuit jurisdictionem Ordinariam in eau.

caulis matrimonialibus, in dandis licentiis, in instituendo, & destituendo, & in similibus, cum observantia subsequuta superer omnes alias probationes, ut inquit Liber Decian. in consil. 1. 24. num. 15. l. 2. lib. 2. & sic aliarum probationum regina. Quae quidem observantia cum sic interpretativa dictarum Bullarum, non requiritur ut sit praecipua, Aretin. cons. 11. col. 3. vers. Sed tamen ex superabundanti, Roch. de Curte, de consuetud. num. 28. Parparat. in l. Certi conditio, §. si minus, num. 21. ff. si certum per. Dec. in l. vtiliter, num. 19. C. de collat. & in cons. 48. col. 1. vers. & in tali consuetudine, Menoch. cons. 37. num. 96. ubi prius.

His ita constitutis, defuit suo Marte solutio propositi dubii: nam cum dictum Capitulum possit habere Ecclesiam in Diocesi Aquilegensi, sibi subjectas pleno iure, & sic cum iurisdictione quasi Episcopali, ut supra in supposito primo, & secundo, & illas habeat sic subjectas cum dicta iurisdictione ex Bullis Summorum pontificum, ut in ultimo supposito; & dare huiusmodi licentias sit iurisdictionis, & Concilium in his, quae sunt iurisdictionis non intendit illam unius auctore, & dare alteri, ut in supposito 3. & 4. hinc resultat, ut ipsius Concilii dispositio in d. cap. 1. §. Eadem omnino, sess. 23. dum loquitur de licentia danda ab Episcopo causa cognita, minime excludat Capitulum Civitatis, quo minus Vicarius Ecclesiarum sibi pleno iure subjectarum imperiri possit licentiam ab eisdem ab eorum Curis.

Nec obstat quod Concilium dicat, causa prima per Episcopum cognita. Quoniam ubi agitur de his, quae sunt iurisdictionis, ubi fit mentio de Episcopo, intelligitur etiam de quocunque alio inferiori prelatato si nitem iurisdictionem habentis, ut declarat Abbas in cap. Sicut unius, sub numer. 3. de excess. Prelator. Cardin. in cons. 47. Reverende Pater. per sor. ubi dicit dictum cap. Sicut unius, licet loquatur de Episcopo, tamen cum ius unius Ecclesias sit iurisdictionis, intelligitur etiam de aliis prelatatis inferioribus habentibus iura Episcopalia. praeteritum vero quia dispositio Concilii in hoc debet recipere interpretationem passivam à jure communi, l. 2. C. de Naval. de quo iure quilibet prelatatus inferior potest concedere huiusmodi licentias, ut dictum est supra in 4. supposito. Imò constat manifestè Concilium ibi loqui de Ordinario, ut patet ibi: *Præterea idem ab ipso Ordinario approbandum.* Appellatione autem Ordinarii veniunt etiam prelati inferiores institutionem habentes, ut dicit gloss. in cap. Ordinarii, in verbo Locorum, d. off. Ordinarii, lib. 6. Et sane, in c. 2. num. 7. de Constit. eodem lib.

Item non obstat decisio Sacrae Congregationis Concilii, quae circumfertur, quod omnia contenta in d. c. 1. sess. 23. per Episcopum executioni mandari debeant, etiam si collatio ad inferiorem spectet, & ad Abbates Regulares. Quia illa loquitur quando sola collatio spectat ad inferiorem, qui non est casus noxiter. Secus vero dicendum est, ut ibi omnis iurisdictionis Ordinaria ad aliquem inferiorem spectaret, ut in hoc casu, quia si inferior habet Ordinariam iurisdictionem, debet etiam habere facultatem dandi huiusmodi licentias, quia illa est iurisdictionis Ordinaria, ut dictum est, & nulla subest ratio diversitatis: imò si quis habet ius instituendi, & destituendi, quod est pius, debet habere etiam hoc ius dandi licen-

tias quod est minus, ut in reg. 1. Non debet, ff. de reg. iur. & cap. Cur licet, eod. tit. lib. 6.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cap. Ad audientiam.

S Y M M A R I V M.

- 1 Canonici duo absentes pro servicio Episcopi fructus praebendarum suarum percipiunt, non obstante Constitutione contraria, & n. 7. Idem in absentibus pro servicio Papae, n. 7.
- 2 Statutum disponens idem, quod ius commune, & iuramentum super eo interpositum, recipit omnes limitationes, quas recipit ius commune.
- 3 Statutum excipiens duos casus censetur excipere etiam alios casus, in quibus viget eadem ratio.
- 4 Declaratur procedere si statutum sit secundum ius, secus si sit contra, vel praeter.
- 5 Casus exceptus à jure communi extenditur ad alios casus conformes.
- 6 Casus non provisos à statuto relinquuntur in dispositione iuris communis.
- 7 Inferni percipiunt in absentia fructus praebendae, distributiones, & portionem accrescentem, quatenus infirmitas est causa non residendi, vel non deservendi.
- 8 Consuetudo longiori quam novem mensum spatio quot annis inferendi in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, an sit sublata à Concilio Tridentino, & n. seqq. usq. ad n. 16.
- 9 Consuetudo, aut statutum vacandi ultra tres menses à servitiis Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis restringitur à Concilio Tridentino, ad tres menses.
- 10 Constitutio, & consuetudo sunt duae species iuris inter se valde differentes.
- 11 Et appellatione unum non venit alia, etiam in materia in qua verba impropiantur.
- 12 Constitutiones longius servitii tempus, quam novem mensum requirentes in Cathedralibus vel Collegiatis, cur sine praeservata à Concilio Tridentino, & non consuetudines, & n. seqq.
- 13 Consuetudo in quibus differat à statuto, Canonici de jure communi nullam habent certam vacationem à servitiis Ecclesiis.
- 14 Consuetudo iuri communi conformis sublata censetur iure communi sublata.
- 15 Consuetudo, secundum quam Canonici Regulares, & Portionarii seculares absint cum licentia per quadraginta dies, & lucrantur distributiones, an valeat, & n. seqq. usq. in fin.
- 16 In Ecclesia Regulari an Clerici seculares habere possint praebendas, & beneficia, aut stipendia.
- 17 Beneficiari Regulares, & seculares agnoscantur quoad potestatem dispensandi fructus beneficiorum.
- 18 Ecclesia Regularis an comprehendatur in c. un. de Cleric. non resident. lib. 6. & in c. 11. §. Distributiones, sess. 24. Conc. Trid.
- 19 Ecclesia appellatione venit etiam Ecclesia Regularis.
- 20 Canonico appellatione, etiam Regulares continentur.
- 21 Viduitas, seu manualitas magis proprie dantur Regularibus.

- 22 Regularibus ratione sui vultus, quorum praebendae similis in solo consistebant.
- 23 Regulares quoad dignitates, & officia, quae habent in titulum, non comprehenduntur in Decreto Concilii Trid. c. 2. sess. 25. de Regul.
- 24 Canonici Regulares, & Portionarii seculares in Ecclesia Regulari an gaudeant vacatione trium mensum à Concilio Trid. permessa.
- 25 Beneficia Regularia etiam non curata requirunt maiorem residentiam, quam beneficia secularia.
- 26 Tamen rationabilis causa excusat.
- 27 Beneficiari seculares absente possunt tempore permisso etiam absq. licentia superioris Regulares secus.
- 28 Licentia iustam causam includit.
- 29 Canonici Regulares absente possunt cum licentia superioris, etiam ultra quadraginta dies ex consuetudine permisso, citra amissionem aliquam fructuum.
- 30 Portionarii absq. licentia absentibus fructus grossi non debentur.
- 31 Clerici cessantes à Divini officii tenentur ad restitutionem fructuum.
- 32 Verbum idem respectu diversorum importare potest privationem iuris, & facti.

AD AUDIENTIAM. Duo Canonici absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio fructus praebendarum suarum percipiunt, non obstante Constitutione contraria. Hoc dicitur, & continet optimum casum in materia interpretationis statutorum. Primo, ponitur facti narratio. Secundo, provisio, ibi, *Decernimus.*

Nota primo statutum disponens idem, quod ius commune, & iuramentum super eo interpositum recipere omnes limitationes, quas recipit ius commune, quod optimè probatur hic: nam Constitutio, quam isti Canonici ediderant, & iuramento firmaverant super fructibus in absentia non percipiendis, erat iuri communi conformis, ut c. quia nonnulli, & cap. Relatum, supra eod. gloss. ult. in c. Cuius omnes de Constit. & gloss. 1. hic. Dixi in c. licet, num. 21. infra de praeb. & tamen quia ius commune limitatur, ut non procedat in duobus Canonici pro servitio Episcopi absentibus, ut c. De cetero, supra eod. Eadem limitationem, & restrictionem recipit memoria Constitutio, ut hic patet, & sic statutum recipit interpretationem passivam, vel supplementationem, seu subauditionem à jure communi. Ad hoc bonus textus in l. 2. C. de Naval. & declarat. Barr. & Doctores in l. 1. §. Hoc autem editum, ff. de nov. oper. nunc. & in l. sciendum, ff. qui sciuntare cogant.

Secundo nota, ibi, *illu exceptis.* Statutum excipiens duos casus, censetur excipere etiam alios casus conformes; & sic exceptio non firmat regulam in casibus non exceptis, quando in illis eadem viget ratio, quae viget in exceptis, quod similiter clare probatur in hoc cap. nam Constitutio Canonico rum de fructibus non percipiendis in absentia excipiebat duos tantum casus, videlicet absentium ex causa infirmitatis, & absentium pro servitio Sedis Apostolicae; & tamen textus decidit idem iuris esse in absentibus pro servitio Episcopi, redditeque eam rationem, quia absentes dicit non debent qui tecum pro tuo, & Ecclesiae servitio commorantur. Quae quidem ratio communis est etiam infirmis, & existentibus in servitio Sedis Apostolicae, ut do infirmis patet in c. 1.

infra de Cler. agrot. & in l. 3. §. Stichus, ff. de stat. liber. & notat gloss. hic in ver. infirmitas, & de exilitibus in servitio Papae, in c. cum dilectus, supra eodem, gloss. hic in ver. in Apostolica, & sic identitas rationis efficit, ut hic quoque tertius casus censetur exceptus: quod nota ad limitationem Regulae, de qua in c. Dominus, 3. 2. quast. 7. & in l. quastum, §. Denique ff. de fund. instruat.

Ceterum advertite, quia haec theorica procedit quando statutum excipiens nonnullos casus disponit, idem quod ius commune, tunc enim censetur etiam excipere alios casus conformes; & ita loquitur haec Decretalis, secundum Ant. de Butt. Abb. & Alex. de Nave, omnes in 1. not. Ratio est, quia sicut casus exceptus à jure communi extenditur ad casum similem propter identitatem rationis, ut probatur in cap. Cum dilectus, de consuet. util. vel inutil. & notat gloss. in l. 1. in ver. iudicari, C. de condit. indeb. ita & casus exceptus à statuto disponente idem, quod ius commune, ut hic probatur secundum Abbatem, & alios praelegatos.

At secus videtur dicendum si statutum disponat contra, vel praeter ius: quia tunc casus exceptus à statuto non extenditur ad alios casus non exceptos ex identitate rationis. Imò casus non provisos, seu omissos à statuto relinquuntur dispositioni iuris communis, arg. l. Commodissime ff. de liber. & posthum. cap. Suscepti, de rescript. libro 6. & cap. In nostra, de injur. secundum Abb. ubi supra. Quod satis patet; & potest esse ratio diversitatis, quia in his, quae à jure communi exorbitant, non fit extensio de casu ad casum ex identitate rationis, cap. Quae à jure, & ibi gloss. un. de reg. iur. libro 6. gloss. in cap. Constitutionem, in ver. Prorogamus, de regular. eod. lib. Barr. in extravag. Quis sit rebelles, §. Transit, n. 3.

Tertio nota ex Decretalis tres casus, in quibus Canonici percipiunt reditus in absentia videlicet cum absint ex causa infirmitatis, cum absint pro servitio Sedis Apostolicae, & cum absint pro servitio Episcopi, ut in textu, & notat Burr. numer. 6. non tamen hi tres casus per omnia equiparantur: nam infirmi percipiunt in absentia non solum fructus praebendarum suarum, sed etiam distributiones quotidianas, ut est expressum in c. un. de Cler. non resid. lib. 6. quimmo, & portionem accrescentem; ut dixi in cap. 1. in ult. quast. infra de Cleric. agrot. an. c. Quod tamen ita intelligit hic Joan. And. num. 2. ut is, qui alias erat residens, & per infirmitatem impeditur residere, percipiat praebendam; is vero, qui alias erat deserviens, & per infirmitatem impeditur deservire, percipiat distributiones; & sic in tantum integrat ius, in quantum infirmitas privat, & non plus; & concordant Burr. num. 8. Cardin. num. 2. Anchar. num. 6. & ceteri omnes; & scripti plenius in cap. licet, ad num. 136. usque ad num. 150. infra de praeb. Absentes vero pro servitio Sedis Apostolicae, percipiunt quidem fructus praebendae, ut hic patet, & in cap. Cum dilectus, supra eod. Sed non distributiones quotidianas, ut hic notat gloss. in ver. integrè nihil in casu, ut dixi in d. cap. licet, num. 1. 24. & seqq. Et eodem modo duo Canonici absentes pro servitio Episcopi percipiunt praebendam cum integritate, ut hic dicitur, non autem distributiones, seu vidualia, ut est textus in d. c. De cetero, supra eodem, ibi, *Nisi forte sint vidualia, quae non consueverunt absentibus exhiberi,* & notat gloss. praalleg. in ver. integrè,

gre, quod tamen fallit similiter, ut dixi in prædicta Decretali De cetero, & in l. 1. usque in fin. ubi plenè videas.

In glossa prima; Collige ex hac glossa duas conclusiones, Prima est quod de jure Canonici tenentur Ecclesie inservire, adeo ut in absentia nil percipere debeant: nam beneficium quantumcumque simplex, & modice æstimationis jure communi inspecto, requirit personale servitium, ut est textus in c. Caquerente, & ibi dixi in 1. not. & num. 18. supra eod. Secunda est, quod valet consuetudo percipiendi fructus in absentia, & cum hac glossa concordat glossa ult. in c. Cum omnes, supra de Constit. Sed hodie quoad utramque conclusionem servari debet dispositio Sacri Concilii Tridentini in c. 12. sess. 24. ut scriptum in d. c. licet, & num. 2. infra de præben. & in specie an, & quibus casibus hodie valeat consuetudo non residendi in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, & reditus in absentia percipiendi, plenè notavi in d. c. Cum omnes, & num. 11. ubi, ad n. 36.

Hic QUÆRO, an consuetudo Cathedralis, vel Collegiatis Ecclesiis, quæ alicubi ante Concilium vigebat, ut obtinentes Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones longiori quàm novem mensium spatio quotannis ipsi Ecclesie inservirent, sit sublatam ejusdem Concilii decreto, c. 12. s. Præterea, sess. 24.

Videtur respondendum verbis Concilii, neque sublatam esse, neque præservatam, sed relictam in illis terminis, in quibus erat ante Concilium. Non esse sublatam probatur primò, quia Concilium voluit ampliare, non autem diminuerè servitium Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum: nam ubi Canonici vigore consuetudinis, aut statuti longiori tempore, quàm trium mensium ab Ecclesie servitio ante Concilium poterant abesse, noluit de cetero ut abesse possent ultra tres menses. Cum itaque servitium Ecclesie vellet Concilium augere, esset absurdum, ut tollerèt consuetudinem longius servitii tempore requirèntem: nam hoc pacto diminueret servitium, non augerèt, arg. l. 1. §. Nunciatio, ff. de nov. oper. nunc. l. Quod favore, c. de legib. Bald. cons. 472. in causa, nu. 2. vers. Sed opponens, lib. 2.

Præterea si Concilium tollerèt consuetudinem, id non ex aliis verbis elici posset, quàm ex illis, quibus præservat Constitutiones longius servitii tempore requirentes. Verum illa verba quæ apposita sunt ad præservandum servitium dicitur, nisi tollerent hujusmodi consuetudinem, operarentur contrarium effectum illius, propter quæ posita sunt, contra vulgatas regulas, l. Legata annu. ff. de legat. 1. & de adimon. legat. l. Tertia, §. fin. de manu. testam. cum similibus. Constat igitur Concilium noluisse tollere hanc consuetudinem.

Sed neque dicendum est eam dicto decreto c. 12. præservatam fuisse: cum enim d. vers. Salva, Concilium præservat Constitutiones, & de consuetudinibus nullam mentionem faciat, plenè constat illis verbis non comprehendere consuetudines. Primò, quia constitutio, & consuetudo sunt duæ species juris inter se valde differentes.

Alberti. lastimè in l. De quibus num. 3. §. & numer. 13. ff. de legib. & appellatione constitutionis non venit consuetudo, nec è converso, etiam in materia in qua verba impropriantur. Bart. in d. l. De quibus in fin. Guil. de Mont. Laud. & alii citati

per Jas. d. loco num. 91. Alber. ibidem num. 114.

Secundò, quia sicut Concilium paulò ante mentionem habuit tam consuetudinis, quàm statuti, ubi statui non licere ultra tres menses abesse: ita si in clausula præservativa utrumque comprehendere voluisset, utrumque expressisset, c. Inter corporalia, §. Sed neque, vers. Unde si circa, de translat. Episc. Præsertim cum etiam paulò post, ubi agit de distributionibus, & vult derogare statutis, & consuetudinibus, utrumque exprimat, & in specie in cap. 9. sess. 22. ubi in alia materia, quam derogationis, imò potius in materia præservationis utrumque expressit, ibi, Quod si ex consuetudine, vel constitutione aliqua loci. Patet igitur neutrum ex his opinionibus esse tutam, videlicet, Concilium solum hujusmodi consuetudinem, vel dicto decreto eam præservasse: nam priori opinioni repugnat ratio, & mens Concilii. Posteriori autem non deserviunt verba, quæ de constitutionibus tantum loquuntur.

Tutor est igitur media opinio, videlicet Concilium neque sustulisse, neque præservasse hujusmodi consuetudinem, sed eam reliquisse in illis terminis, in quibus erat ante Concilium: nam quod non mutatur, & c. l. Sancimus, c. de testam. l. Præcipimus, in fin. c. de appell. gloss. in c. Constitutionem, an ver. Prorogamus de regular. lib. 6. Huic opinioni conveniunt verba Concilii, & mens non repugnat, & ita omnia vitantur absurda. Conveniunt verba, quia cum Concilium in præservatione de constitutionibus tantum loquatur, nostrum non est extendere Concilium ad speciem juris diversam ab illa de qua loquitur c. Quod si dormierit, §. 1. quæst. 1. c. Consultasti, 2. quæst. 5. Præsertim cum una non comprehendatur sub altera, etiam late sumpto vocabulo, ut per Bart. & alios supra citatos in d. l. De quibus, mens Concilii quoque huic opinioni non refragatur, quin favet potius, & cita vitatur absurdum supra consideratum in prima parte, dum dicebatur alienum esse à recta interpretatione, ut Concilium tendens ad cultum Divinum, & servitium Ecclesiarum ampliandum, illud diminuat, prout eveniret si tollerèt consuetudines longius servitii tempore requirentes. Nam hoc pacto non sequitur id absurdum, cum dicamus Concilium, sicut eo decreto non præservat consuetudines, ita nec eas tollere, vel enervare, & consequenter diminuerè servitium, sed relinquere in eo robore, in quo erat prius. Cessat etiam illud absurdum quod Concilium in clausula præservativa tollat: quia hoc pacto si non præservat, nec tollit etiam, & sic non sequitur effectus intentioni Concilii contrarius.

Quod si diceretur ob quam rationem Concilium Constitutionem in hac materia præservavit, consuetudinem prætermisit. Respondetur non omnium, quæ à majoribus nostris statuta sunt, rationem reddi posse, l. Non omnium, ff. de leg. & sufficit nobis legem ita esse scriptam, l. Professus, ff. qui, & à quibus, & casum consuetudinis esse omnium, & consequenter remanere in dispositione juris communis, l. Commodissimi, ff. de liber. & postum. cum similibus. Possent etiam reddi nonnullæ rationes diversitatis inter constitutiones, & consuetudines, nempe quod hæc præstantur illis rationabiliores, Alber. d. l. De quibus num. 79. quamquam constitutiones in facto recipiant minorem dubitationem, quàm consuetudines, præsertim pen-

pendentes ab actibus facultativis, ut esse videntur hæc, de quibus veritas.

Ceterum veritas ratio cur Concilium eo loci non meminerit consuetudinis, ea videtur esse, quia cum de jure communi Canonici teneantur quotidie Horis Canonici interesse, ita ut nullum habeant certum vacationis tempus à sacris Canonibus præsumtum, Clem. 1. ubi gloss. in ver. Canonici, & in ver. Debitu de celebrat. Missar. Clem. 1. in fin. de reliq. & vener. sandor. & Clem. 2. in ver. Certa hora de at. & qual. consuetudo requirens longius servitii tempus, quàm novem mensium, cum esset juri communi conformis, nihil aliud erat, quàm observantia juris communis, ut notat Hostien. in c. un. de Cler. conjugat. lib. 6. Alex. in l. De quibus, in prin. ff. de legib. & Rochus de Curcè in tract. de consuet. num. 11. ac propterea opus non fuit, ut Concilium illam expressè præservaret; nam ex se ipsa habebat juris fomentum, & tanquam favorabilis Ecclesie & cultui Divino, non egebat adjumento, aut præservatione Concilii: imò Concilium novando juris communis dispositionem quoad obligationem servitii in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, videtur etiam tacitè innovasse, atque approbasse ejusdem juris observantiam, quemadmodum in casu converso S. Congregatio in causa Mediolanensi declaravit, dum Concilium quoad fori privilegium sustulit jus commune, sustulissetiam consuetudinem juri communi conformem, quæ nihil aliud erat, quàm ipsius juris observantia, ut plenè scriptum in c. Si quis, num. 59. & segg. de serv. comper. At locus est in statutis Ecclesie, quæ forè non erant in usu, aut per contrarium usum abrogata fuerant: unde consentaneum fuit, ut Concilium illa præservaret, atque ita in usu, atque observantiam induceret.

QUÆRO secundò, an consuetudo secundum quam Canonici Regulares, & Portionarii, qui sunt in eadem Ecclesia seculares, singulis annis cum licentia Prioris, & Capituli cum quadraginta diebus abesse possunt, & ejus temporis quotidianas distributiones percipiunt, sit necne observanda.

Pro declaratione dubii præmittendum est primò, quàmvis Clerici seculares prohibeantur recipi ad præbendas in Monasteriis Regularium cap. Ea que §. Præcipimus de stat. Monach. tamen sicut possunt habere beneficia in eadem Ecclesia, dummodo non faciant unum corpus cum Canonici, nec habeant vocem in Capitulo, Hostien. Joann. Andr. Anchar. & alii in d. cap. Ea que; ita possunt habere portiones præbendarum. Et ipse Abb. qui cons. 59. part. 2. tenet non posse seculares habere titulos beneficiarios in Ecclesia regulari, fatetur posse habere stipendia pro servitio coadjutorio d. §. Præcipimus, num. 10.

Præmittendum secundò, ex Navar. in c. Cui portio. 12. quæst. 2. num. 1. §. & in c. Non dicatur, ead. ca. & q. num. 15. Proprium esse duplicis generis. Unum importat verum dominium, & proprietatem, quale habent homines seculares, tot. rit. de acquir. ter. domin. cuius non sunt capaces Monachi c. Monachi, & c. Cui ad Monasterium de stat. Monach. Alterum intelligitur proprium; quoad liberam administrationem, quale habet beneficiarius; &

hoc distinguitur in tres species, ut per eundem Navar. Et secundum hoc Clerici seculares & Religiosi habentes administrationem, hoc est bene-

ficia in titulum, æquiparantur quoad potestatem dispensandi, Card. in Clem. 2. §. Sed & talis, per illum text. de vit. & honest. Cler. quod remissive dicit Navar. in d. c. Non dicatur, num. 10. & 11. Rota d. vers. de c. 1. §. 2. num. 2. part. 1.

Quibus præmissis, dubitatur generaliter an c. un. de Cler. non resid. lib. 6. & decretum Concilii c. 12. sess. 24. §. distributiones, locum habeant in Ecclesiis Collegiatis Regularibus. Pro negativa facit, quòd cum superior Regularis sit loco statuti, cap. un. derogat consuetudinibus, non statutis. Et quamvis Concilium tolleretiam constitutiones, adhuc videtur dispositio tam Concilii, quàm juris antiqui habere locum in Ecclesiis tantum, non etiam in Monasteriis, quæ invicem distinguuntur, c. Grandi, & ibi not. de suppl. negat. Præterea si superior vult distributiones etiam absentibus elargiri; non videtur prohibendus ex causa sibi bene visa.

Sed in contrarium pro parte affirmativa considerandum est, appellatione Ecclesie venire etiam Regularem, Clem. 1. ubi not. de at. & qual. Et dispositionem Concilii, c. un. loqui de Canonicis simpliciter. At appellatione Canonicorum, & Canonicatus venire etiam regulares, gloss. in Clem. men. Dispensatio in ver. beneficiis de jud. proban. c. Cum causam, c. de elec. & c. In causis, c. Dilecti, de iudic. cum concord. Imò victualia, & manualia, in quibus consistunt distributiones quotidianæ, magis proprie dantur Regularibus ratione sui victus, quorum præbendæ olim in his solis consistebant.

Concludendum hujusmodi statutum, & consuetudinem tolerari posse, cum non impingat necessitatem Priori, & Capitulo absentibus concedendi has distributiones quotidianas, sed ostendat subesse iustam causam, puta valetudinis, concedendi licentiam abecedendi, & eisdem ab amissione distributionum excusandi; possunt enim superiores ex causis congestis per Navar. in cap. Nullam 18. quæst. 2. num. 29. suis Regularibus concedere portiones, quas vocant privilegatas, Quæ opinio quamvis sit admodum periculosa quoad regulares non beneficiatos, ut lastimè scriptum in c. infra de stat. Monach. tamen procedit de plano quoad Regulares obrinentes beneficia in titulum, quia jam S. Congregatio Concilii declaravit dignitates & officia, quæ dantur in titulo Religiosis non comprehendi decreto c. 12. sess. 24. de Reg.

At verò quatenus eximitur ex hujusmodi statuto, & consuetudine obligari superiores ad statuti observantiam, ut denegari sic absentibus non possint distributiones: hoc esset contra jus, quia de jure beneficiatis absentibus non debentur distributiones, nisi ex illis tribus causis expressis in d. c. un. nec plus juris super distributione tribuatur titulus Regularium, quàm secularium, imò minus ex præmissis.

Atque ex hac conclusione idem videtur inferendum de portionariis, qui aut censeri debent ut alii portionarii seculares in Ecclesiis secularibus, & manifestum est excludi à distributionibus quotidianis, nisi intersint divinis officis, etiam pro tempore permittæ absentia, juxta declarationem S. Congregationis alias editam ad S. Præterea not. cap. 12. sess. 24. & §. distributiones. Aut censendi sunt eodem jure, quo Regulares, & non debent melioris esse conditionis, qui famulantur, & sunt veluti stipendiarii, quàm ipsi Canonici.